

Si quando paulo distinctius explices mentem Tuam, et certo casu ac schiediasmate declares. Fatoe enim me in dictis ne minimam quidem dubitandi rationem videre. Prosum tamen, quae opponis. vel ideo, quod ita melius video, quibus praejudicis imprimis sit occurendum. Nam quae Tibi negotium faccere possunt, multo magis alii poterunt. Casterum ipse rei summam tot modis examinatam habeo, et tam diversis rationibus atque applicationibus ad consensum perveni, ut hic paralogismum amplius mettere non possem. Non eo minus tamen liberter monita, a Te imprimis, audie.

Objectionem sumis a gravitatis causa, sed eae, ut saepe manus, mihi obstant. Verissimum quidem est, quilibet tempore momento sequalem fieri impulsione, sed sciendum est eam non producere aqualem vim in impulso (quippe alter atque alter disposito, prout plus minusque virum jam habet) eti sequalem producat gradum celeritatis, quia haec duo non coincidunt. Itaque haec objecio principum petit. Nam, ut iam publice monui, corpus hic A motum celeritate e., duplum est re et potentia corporis A praediti celeritate e., quis his in eo occurrit A.e., seu adest A.e + A.e. Sed corpus A motum celeritate his e (seu A hic e) non est duplum ipsius A.e., quia, eti duplicata sit celeritas, non tam simul multiplicatam est corpus: potentiam autem tum denum multiplicatam judico, cum aliquip reale, potentiam habens, exacte repetitur, vel multiplicatur: veluti cum (sive interrupte sive continuo) datum pondus ad multiplicatum altitudinem, vel multiplicatum pondus ad datum altitudinem elevere licet; unaqueque enim repetitio, pro separato effectu, exacte congruo, haberi potest. Itaque quod, secundum meum principium, superationem aliquujus impulsionei pro mensura summa putas, non concedo, nec concedere debeo, ut, en attentius considerato, ipse animadvertis, nisi scilect omnia sint in impellente et impulsu sinto eodem modo se habentia. Opus est pro mensura repeti realiter aliquujus potentiae productionem vel destructionem. Intelligo autem potentiam sum subjectum includentem seu realem repeti, velut pondus elevatum esse, elastrum tensum, grave in moto positum, ut repetitus sit omnimoda. Non vero suffici aliquip modele repeti, verb. gr. gradus velocitatis repetitioni, corpore non repetito, seu plures gradus velocitatis ponit in eodem corpore simul existentes. Et senties ex perundo si utrora repetitione reali, omnia consentire etiam secundum diversas assumptiones; si modali, non item: quoniam in mo-

dali repetitione non omnia paria seu exacte repetita reperuntur. Et suspicor caetera omnia, quae Tibi adhuc scrupulum movent, ex hoc uno non observato profluisse, quod apud me veluti primum est principium Artis estimatoriae in universum, seu scientiae de quantitate in genere. Certe hactenus in hac materia vix quicquam mihi fuit objectum, quod non jama tum praevenisset, aut quod per se non dispareat, meditationem prosequendo.

Recepse etiam comperti, in solvendis problematis intactis, nonnisi secundum principia mea exitum dari. Non tantum enim nascuntur inde mihi, quae ali experimentis didicere, aut ex principiis aliis magis limitata deduxere, sed et ultra pergere possum ad ea, in quibus ipsorum principia desinunt. Veluti si (fig. 46.) globus A sinus incurrat in duos globos B et C, possum demonstrare quid sit futurum, idque (quod miraris) ex hoc solo principio, quod aliquip causa et effectus non futuri sint aequipollentes, seu quod tunc, certis hypothesibus factis, non possit post concursum tantumdem ponderis elevari ad datam altitudinem, quantum ante concursum, vel contra.

Solutio aliqua certe nobis esse debet, quod scribis Hugenium ante obitum de Manuscriptis suis elendis constituisse; gratum erit aliquando intelligere, quosnam constituerit ejus Irei Curatores. Unum ex iis Volderum esse credo, non mediocre doctrinae Virum, idque literis ex Batavis acceptis mihi confirmatur.

Reticissime factum, quod Fratri Tuo, ingeniosissimo Viro; nostri commercii copiam fecisti. Ita enim communis ope melius proficiemus.

Quoniam, ut scis, potentiarum analogiae sunt differentiae, hinc ex serie pro potentia duxi seriem pro differentiis, hoc modo:  

$$\underline{\underline{x}} \cdot \underline{\underline{1+y}} = \underline{\underline{x}}^m \underline{\underline{y}}^q + \frac{m}{1} \underline{\underline{x}}^{m-1} \underline{\underline{y}}^q + \frac{m(m-1)}{1 \cdot 2} \underline{\underline{x}}^{m-2} \underline{\underline{y}}^q \text{ etc. Ergo fit}$$
  

$$\underline{\underline{d^m \overline{xy}}} = \underline{\underline{d^m x \overline{d^q y}}} + \frac{m}{1} \underline{\underline{d^{m-1} x \overline{d^q y}}} + \frac{m(m-1)}{1 \cdot 2} \underline{\underline{d^{m-2} x \overline{d^q y}}} \text{ etc. Ubi}$$
  
 vertendo  $\underline{\underline{d}}$  in  $\int$ , ut sit  $\underline{\underline{d^m}} = \int^m$ , posito  $n = -m$ , si et  $\int^n \underline{\underline{d^q y}}$   

$$= \int^{n-1} \underline{\underline{zd^q y}} - \frac{n}{1} \int^{\underline{\underline{s}}} \underline{\underline{zd^q y}} + \frac{n(n+1)}{1 \cdot 2} \int^{\underline{\underline{s+1}}} \underline{\underline{zd^q y}} - \frac{n(n+1)(n+2)}{1 \cdot 2 \cdot 3} \int^{\underline{\underline{s+2}}} \underline{\underline{zd^q y}}$$
  
 etc. ubi, posito  $\underline{\underline{dz}}$  constante, summae singulatim imiri possunt,

et quidem finite, si non integer. Similia pro trinomio vel alia polynomiis fabricare licet, aliasque omnigenias analogias communisci.

Has jam scriptas dimittere distuleram, donec discerem ubi ageres. Nunc cum ex Tuis Amstelodamo datis libens inteflexerim, Te in Batavis recte feliciterque appulisse, eas ut jussisti, Groningam mitto.

Boisotiam quedam ab Abbatte Nicasio accepi.

Facile judicare poteram, quid de Halensi negotio dicturus essem, jamque in eam fere sententiam Bernoullis respondarem meo.

Volderi, Viri licet egregie docti, judicium de nostris Methodis non est quod nos magnopere moveat. Videtur enim in hanc Analyseos partem minus insperasse. At Hugenius ipse, quo nemo melius ista dijudicare poterat, et cui Slusiana et multo ampliora erant perspectissima, de praestantia nostra methodi magnifice sentiebat; idque testatus est, non tantum literis ad me privatum datis, sed et publice in Lipsiensium Actis. Hujus sententiam Volderianae opponi sufficerit. Si excepta desideras ex literis Hugeni, mittam.

Quod Nieuwentium in transitu non vidisti, non magna opinor, jactura erit, neque enim Tibi prodesse colloquium poterat, sed illi tantum ad conversionem. Quod supererit, gaudeo Te nobis propriopem, ut crebris Tuis fras, quibus auxilium spero in multis, que adhuc diversi generis molior incremento harum literarum.

Babam Hanoverae <sup>20</sup>  
<sub>30</sub> Octbr. 1695.

P. S. Tuam num apud Foederatos Belgas habitationem magnus usus fore arbitror ad Methodi nostrae propagationem. Cum enim plurimi in Batavis Algebraem colant, multa utilia duktum, ubi huc animos converterint. Interim de mea Infiniti scientia delineanda cogitabo.

## XX.

### Joh. Bernoulli an Leibniz.

Ecce me tandem aliquantulum liberum a multitudine negotiorum tam domesticorum quam publicorum, quibus hucusque adeo

obrutarus fui, ut postremarum Tuarum, quas sub adventum meum quam recitissime accepi, pene oblitus fuisset. Non dum tamen ex tranquilitate fruor, quam optarem, ad Studia Mathematica incumbendum, tanta cum libertate, qua olim Basileae feceram: nec enim mens amplius sum, sed si Mathesis hic maxime mihi exercenda sit, erit si dumtaxat studiosorum in gratiam, quibus, ut jam provides, Elementa inculcando maximam temporis partem teram, adeo ut, quo plures forsitan studiosi, ego ea pauciores facturus sim progressus. Quos putas in Batavis Algebraem coientes, hic sane non repperiuntur; immo ne unicum quidem videre adhuc mihi contigit, qui vel medicorum Mathematici nomen mereatur. Ultimus Mathesios Professor Borgerius jam ante 28 annos, ministrum eodem, ni fallor, anno quo hanc ego ingressus vitam terrenam, ille egresus est; post eius obtutum Sedes Mathematica in nostra Academia in hunc usque diem vacavit; hinc iudica, quantum haec studia Borre poterint. Si vel unicam haberem causam, cur Hallensem, quam obtulisti, vocacione huic anteposserem, esset profecto liberior et commodius Tecum conversandi copia. Ex quo patriam deserui, nihil plane Actorum vidi; scire cuperem ut quid novi in istis prodierit, quod nostra concernit; et num, inter alia etiam, Marchionis Hospitali Generalis quadratura Cycloidum, cui ego subjunxeram quedam de reducendis curvis ad arcus circulares.

Procul dubio fastigium Geometrie foret, si transcendentes curvas ad percurrentes reduci possent, id est, ad tales curvas, quarum aequationes constant terminis ad dimensiones indeterminatas ascendentes. Sic etiamnum sum in opinione omnes percurrentes construi posse, ope quadraturae Hyperbolae: verum Tu illas latiori sensu sumis. Quadratrix enim Circuli mihi non est percurrentes, quoniam ejus natura per tales aequationes exprimi non potest.

Quae de aestimatione potentiae adducis, multum mihi placent, meque prout in Tuam tandem trahunt sententiam. Aliqui adhuc nulli haerent scrupuli, quos admi mihi vellem. Dicis impulsiones materie gravitatem causantis, utin sequales et aequalem celeritatem in ponde producentes, non tamen producere vim aequalem; interim, si considererit materia subtilis, quae gravitas causa est, moveti celeritate adeo magna, ut pro infinita haberi possit (revera talis supponi debet, alias enim acceleraciones gravium cadentium

non in infinitum asseruntur) respectu illius quam pondus ascendens vel descendens habet; considerandum erit pondus tanquam in quiete, quemcumque habet celeritas gradus, ita ut hac ratione impulsiones etiam semper aequalis vim in pondere producere censendae sint; eodem plane modo, quo concipio globus sclopeto explosum testudinem aliquam aequiter ferire, sive quiescat omnino sive propecat, num celerius, num latus; omnis enim testudinis celeritas nihil est, respectu celeritatis globi.

**S**ecundo concedo pondus il. (fig. 44.) ascendens uno impietu per 2, 3; 4, 5; 6, 7; 8, 9 et dein iterum descendens, posse tot elastram G, H, I, K, deprimerre, quot sufficiunt ad idem pondus ad eandem altitudinem per intervallo attollendum, qui quodlibet extremitate depressionem, sese restituendo, eam tribuit ponderi vim, quam ab illo accepit, et sic gradatim assurget per altitudines P.Q., Q.R., R.S., S.T. per quas prima descendit. Sed hoc demonstratum mihi cuperem, quod grave L eodem impietu, quo ascendiit per altitudinem 2, 3; 4, 5; 6, 7; 8, 9 etiam possit deprimere totidem elastram, quot nempe descendente depressit: hoc si demonstraveris, omnino in Tua transibo partes. Possibilitas motus perpetui mechanici, quam ex negatione hujus deducis, nihil facit ad rem: rigorosus enim adversarius illam possibilitem statuere posset.

**T**ertio omnes regulae communicationis motus, a Cartesio aliisque exhibitae et hucusque receptae, a Tua hypothese subvertuntur. Ex gr. si globus incurvat in alium aequalem et quiescentem, celeritate ut 1; post itum ambo juncti pergerent moveri celeritate non ut  $\frac{1}{2}$ , cetera hancem creditum est, sed ut  $\sqrt{\frac{1}{2}}$ ; haec enim celeritate interque ad diuidim adscenderet altitudinem, ad quam totam prior globus, integra sua celeritate, ascenderet: sic pro omniibus aliis novae regularis communicationis motus fabricari debent, servando Tuum principium, vires esse in ratione composita ponderum et altitudinem, ad quas celeritatibus suis ascendere possent. Sic facile dividare potero, quid sit futurum si globus A simul incurvat in duos globos quiescentes B et C; si enim celeritas globi A sit ut 1, erit celeritas postfutura cujusque globi ut

$$\sqrt{\frac{A}{A+B+C}}$$
 supposito globos nullam habere elasticitatem, et omnes tres esse in recta linea. Illos autem in schemate Tuo non ponis in recta linea, et sic problema mihi non videtur determinatio-

tum, si globus impingens oblique incurrat in reliquos duos; aut saltem mentem Tuam non satis assequor.

**Q**uarto distinctio Tua inter potentiae productionem realē et modalē valde placet, ingeniose namque ostendis, quod pro mensura potentiae repetitū illius, non autem hujus, sumenda sit. Interim non video, quid impediat, quoniam penetraciones globi in medium non elasticum, sed tantum frictione resists, sumi possint pro mensura potentiae; nihil enim refert, sive potentia absorbitur, sive restitutur; saltem potentia est causa penetrations; et prōinde penetratio illius effectus, sicutque repetito effectu, repetitur etiam causa. Ex quo sequitur, globum aliquem, celeritate dupla, quadruplo aliis penetraturum esse in medium aliquod molle, velut in lutum, quam alias globus aequalis celeritate similes; et quod adhuc ostendendum est: credo enim penetraciones fore ut celeritatis.

Quos Hugenius constituerit Curatores pro edendis suis Manuscriptis, hactenus ignoro. Excerpta, quae mihi offers, ex literis eius ad Te datis, in quibus methodi nostrae praestantiam agnosco, labenti et grato animo accipiam, ut si aliquando occasio dabitur, ea Voldero, minus aequa de nostris sententi, aliisque obieciam.

Ex analogia potentiarum et differentiarum facile deducitur series pro  $d^m \bar{x}^y$  quam adducis. Interim si  $m$  sit numerus fractus vel irrationalis, dicas mihi queso quid sit  $d^m \bar{x}^y$ , an quantitas, an quid aliud? De his dico est, quod non cogitaverim, quoniam nondum ad me redi. Et difficulter a me impetrabo, ut hinc que jam fere mihi exceduntur, de novo animum advertam. Acceperi literas a Dno. Marchione Hospitalio, in quibus sibi eamdem hanc seriem Te communicasse dicit, et simul mea, quae super hac materia me detexisse, a Te intellexerit, petit.

Fratre meus junior ex Suecia nuper veniente me accessit, qui in Pharmacopeia Regis Stockholmiae et Hafniae per triennium ministravit, et ante dies in aliis Germaniae locis; num ut Patrice propinquior sit, stet in Germania conditionem ad futurum Pascia se acceptum dicit. Ego ipsi consuli, ut Hanoveram adiret, ubi in Te haberet Patronum, et noster quasi internumus esset, quod luhens initio multispe duos quos novit Pharmacopeos nominavit, Du. Placotomum et Jaegerum, apud quorum alterum ministerium agere voluisse sibi esset. Peteris hanc gravatim inqui-

rere, num ad dictum tempus alterutris officinam ingredi possit,  
et ipsum et me non mediocriter obstringes, mihi praesertim facies  
rem gratissimam. Possum de illius diligentia et peritia praesermis  
in Chymicis spondere, ut honorifica testimonia quae a suis qui-  
busvis Patronis habet, safe ostendunt.

Nostine certum quandam Germanum, qui se nominat Iohannes August Haberstroh, a quo etiam hori literas accepi Lugduno Bat-  
datas, ubi juvans aliecupus modis D. Tschirnhausi cognati se Epho-  
rum agere et non ita viderim Te in aedibus Tuas allocutum fuisse  
scribit, me rogans ut cum ab ipso Dn. Tschirnhausio Geometriam  
Cartesii jam effectus fuerit, sibi future aestate, quo tempore horum  
venturus esset, Matheuseum secretiora, praesertim vero Calculum  
differentialem explicem. Interim ex me querarit, quod ridiculum  
mihi videtur, quanto tempore se profectum mathematicum eva-  
sum ego putem; num id fieri possit brevi, quia a juvente suo non  
dum possit abscessare. Sed verso ut ipsi satisfacere possim; deest  
enim mihi infundibulum Normbergense.

Literas Tuas impostorum ad me mittendas immediate mis-  
inscribas; jam enim sat in urbe notus sum.

Vale et anima etc.

Groningae 17 Decembr. 1695.

## XXI.

### Leibniz an Joh. Bernoulli.

Gaudeo Te salutem Groningam appulisse, et rite auspicias pu-  
blici muneri perfunctum fuisse. Omnia tempus faciliora reddet,  
et quod studiosus docendis Tibi peribit, poterit vicissim accrescere,  
si ques invenerias aut facias, qui Te juvare possint. Nullam esse  
regionem credidi laetum, in qua magis floreat Algebra, etiam  
inter tales vernacula lingui scripti extant.

Dn. Haberstroh apud me fuit; petit nuper per literas Tibi  
commendari, quod nunc facio, sed monstro ubi sterum ad me  
scriperit, ut cogitet rebus egregiis non perfunkerier operas

dandam, nec quicquam magni praestiturum, qui talia in transitu  
libare velit, ut canis aquam Nili.

Scrupulos, qui Tibi supersunt circa Dynamicen meam, puto  
adimi posse. **Prima objectio** omnium quae in hoc negotio  
fieri possunt, est speciosissima: Celeritatem materiae gravificae  
esse incomparabiliter maiorem, quam corporis gravis, ita ut grave,  
ejus comparatione, semper quiescere videatur, uti testudo respectu  
ictus scelopti. Respondeo verissimum hoc esse, 'et effectum qui  
producit in mobili tardo, talem esse, si comparetur motu illi  
velocissimo, ut sive tardum quiescat plane, sive jam sit in motu,  
discrimen non fiat notabile. Si scilicet oculus positus sit sive in  
globo scelopti, sive in testudine, et ex uno horum respiciat alterum,  
non notabit in resultante discrimen inter casum quietis et  
motus tardi. Sed si effectus novus, qui per item producitur in  
ipso corpore tardo, comparetur cum priore motu vel effectu, qui  
in ipso jam est, omnino ille respectu lumen notabile est, adeoque  
haec ratione multum interest inter id quod idem ictus, licet cele-  
brimus, producit in corpore quiescente, et quod producit in cor-  
pore tardo; nec possumus assere recipientes semper se eodem  
modo habere ad ictus. Et tametsi eundem semper imprimat vel  
admit velocitatis gradum, non tamen semper dat vel admit eundem  
gradum virtutis; sed maiorem dat obsequenter seu in easdem  
partes tendenti, adhuc resistanti seu in contrarium nitenti.

**Secundo loco** non bene intelligo quid Tibi adhuc velis de-  
monstrari, cum ostendi postulas, quod grave L eodem im-  
petu quo ascendit per altitudinem 2, 3; 4, 5; 6, 7; 8, 9,  
etiam possit deprimeri totidem elastris, quot nempe  
descenderit, grave idem posse efficiere ascendendo vel descendendo,  
quaque nec sat videtur cur hoc petas. Ab eadem  
causa se totam consumentem vel impendente aequalis semper pro-  
plicetur effectus, quomodoconque ad se consumendum causa ap-  
plicetur, ascendendo vel descendendo.

Quod vero **tertio**, modum deducendi ad motum perpetuum,  
tanquam ad absurdum, quo subinde utor, a rigido adversario recipi  
posse putatis, id ego nimirum in hac scientia rigoris fore arbitror, et  
toto assumi hypothesis hanc, quippe et rationi consentaneam, et  
infinitis experimentis comprobataam. Qui motum perpetuum me-

chanicum possibilem defendit, etiam fieri posse putabit, ut aqua sponte ascendat in montem.

Quarto quod communicationis motum regulas attinet, concedo, si corpus A celeritate ut I, incurrat in aqua B quiescenti, et ambo post concursum simul ferantur, nec pars potentiae absorbeatur, aggregatum latum in celeritate ut  $\sqrt{\frac{1}{2}}$ . Sed sciendum est hunc casum non occurre. Nam si corpora sint elasticia, non ibunt simul post ictum; sin sint molia, ut argilla, magna pars virium in ipso ictu absorbeatur et transferetur in partes insensibiles materiae molis, nec restituetur corporibus integris, ut fit in causa elasticitatis.

Quinto recte judicas, ex meis principiis sequi corpus duplo celerrimus quadruplo amplius penetratur in materiam mollem, modo scilicet seponatur condensatio, quae contingit in molli, ut scilicet intio cedat facilis, postea difficultas, ob partes posteriores ipso priorum impacta rediditas magis compactas; et modo consideretur sola difficultas, quae est in separatione partium tenacium, exclusa motu partium in molli, qualis est in aqua, seu exclusa eo, quod in schiediatis De resistentia medii vocati resistantiam respectivam, retenta sola absoluta. Hac enim, quae exclusi, efficiere possunt et debent, ut regula illa non exakte observetur; puto tamen nihilominus, adhibitus cautelis debitibus, ab experientia ei fautum iri.

Quod queritur de differentiis, cupus exponens est fractus vel irrationalis, etiam notavi in literis ad Dnum. Marchionem Hospitalium, simulque addidi modum, per quem talis differentia potest alteri ordinariae comparari. Ex gr.  $d^{1/2}x$  si differentia propensa. Sint  $x$  progressionis geometricae; assumpta differentiali constante  $dh$ , ut fiat  $x \cdot dh : a = dx$ , erit  $d^{1/2}x = dx \cdot dh : a = x \cdot dh \cdot db : aa$ , et similiter  $d^{1/2}x = x \cdot dh^2 : a^2$ , et generaliter  $d^{1/2}x = x \cdot dh^2 : a^x$ , adeoque  $d^{1/2}x = x \cdot dh^{1/2} : a^{1/2}$  seu  $d^{1/2}x = x \sqrt{dh} : a$  ( $1:2$  milii est idem quod  $\frac{1}{2}$ ; et  $dh : a$  idem quod  $\frac{1}{2}$ ). Unde videlicet talium differentiarum valores hoc modo haberi posse per radicem vel potentiam ordinariae differentiae. Quod cum memorabile sit, Tibi non ingratis fore puto. Eadem extraordinarias differentias per seriem infinitam ex ordinariis constatae exprimi posse, me non monente, vides, adeoque suo modo reales esse, etiam hinc patet.

Vale, felicissime festa age, et cum anno novo novum rerum prosperarum cursum ingredere.

Pabam Hanoverse 28. Decembr. 1695.

## XXII.

### Joh. Bernoulli an Leibniz.

Nuperas gratissimas ignota manu scriptas rectissime accepi, quas quod nomine Tuo subscripto carebant pro Tuis non agnovissem, nisi paucæ quas propria manu adjunxeras linea errorem praecavissent.

Nescio<sup>7</sup> annos crebrae meae objections contra Dynamiken Tuam tandem Tibi molestiam creaverint, quod ferri conjicio ex eo, quod more Tuo solito, non ad omnia, quae Te in prioribus meis rogabam, ita exacte respondisti: sed novi Tuam aequitatem et animi candorem; si quid, hac in parte, a me commissum fuerit, quod minus arrideat, mihi condonabis. Nihil sano a natura mea alienius est, quam pravus iste contradicendi pruritus, et nihil eidem convenientius quam veritatis amor, quam usque adeo deperire, ut acquirescere minime possim in re aliqua, nisi omnis obscuritatis nebula mihi sit discussa. Est haec præcipua causa, cur in rebus dubiis ad Te recurram, tamquam ad naturæ oraculum, cui in absurdistissimum nunquam lumen deest, cum aliis quoque communicandum, quod jam abunde compertum habeo. Vides itaque, quo incitamente difficultates Tibi subinde proponam; adeo tamen ini quis non sum, ut promptam nimis responsione ad eas exigam; sufficient si summa Tua commodebit id fiat.

Pausis abhinc diebus noster Academias Rector mihi suggestit libellum a Dionysio Papino, proxime elapo anno editum, cui titulus, *Fasciculus dissertationum de novis quibusdam machinis etc.* ubi inter alia exhibet synopsis controversiae inter vos agitatae circa rationem aestimandi vires motrices, in cuius fine dicit, quod Te rogarerit, ut etiam tale extractum scriberes, quo possim Lectores omnia pro et contra certius perspicere. Miror quod me nonquam obligeaveris ad Acta Eruditorum; video enim ex hac synopsis, quod præcipuae meae objections jam in Actis a Dno. Papino prodierint, ut et Tuae responsiones ad illas, de qui-

bus certe nihil mihi constabat; alias labori inutili eas de novo repetendi, qui hucusque calamos nostros exercuit, pepercissem. Eo enim tempore, quo haec inter vos ventilabantur, in Gallicis versbor, ubi nihil quicquam Actorum ad me perveniebat. Nunc Acta, in quibus haec extant, a quadam Collegarum meorum mihi comparavi, ubi summo cum fructu rationes utriusque perlustravi, quibus, ut et meis, quas super hac re inveni, diligenter expensis, Tuam nunc opinionem, in quam jam ab aliquo tempore inclinari, sed, ob leves, qui mili supererant, scrupulos, judicium tantisper suspensus, omnino pro agnoscere, que mea prou in posterum non solum non adversarium, sed sui defensorem quavis occasione habebit.

Dole vices Dni. Papini, qui in falsa sua opinione persistit; videtur illi mihi aut rem non satis examinasse, aut sihi non gloriosum ducere, revocare errorum popularem quem in Cartesianorum gratiam sibi defendendum suscepit. Quod enim dicit, potentiam corporis majoris non posse totam transferri in minus quiescens, et deinde aliquam partem potentiae non quiesci perire (quod ex Cartesianorum mente necessario sequi lapidissime ostendisti) sed impendi et communicari materiae ambienti in ipso iactu; item nulla dari corpora perfecte rigida, nisi videant mera effuga quibus sua opinioni, panjim labient, asylum struere conatur. Quis enim non videt, translationem istam potentiae totius ex corpore majori in minus non supponi tanquam actio possibilis, sed quatenus, sine illa simplicita contradictione, mente substitui potest potentia minoris corporis in locum aequalis potentiae corporis majoris; sufficit namque hoc, ut si absurdum aliquod, mediae ista suppositione, ex aliqua sententia sequatur, etiam ipsam sententiam absurdam esse dicamus. Et apposite notasti, quod si adversarius hoc neget, perinde sit, ac si quis Archimedii postulanti negasset aliquam rectam aliqui curvae aequalem esse, quia nullum poterat geometrica exhibere. Atque, quod plus est, si quis nisi ad oculum ostenderet se reperisse motum perpetuum, si modo haberat metallum aliquod gravius auro, dicerem, sane summo jure, eum hominem revera invenisse motum perpetuum, licet metallum gravius auro non inventatus et vix inventum ari sperandum sit; ostendisset enim mili possibilatem motus perpetui, si non practicam, saltem theoreticam.

Optime dicas objectionem a celerrimo motu materiae gravitatis.

ut vocas, petitam, esse speciosissimam, quam etiam maximopere urget Deus. Papinus; nec Tua responsio mihi omnino satisfacta; videtur enim quod non solum velocitates singulis momentis corpori impressae, sed etiam ipsi effectus, quos impulsiones materiae gravitatis in corpore producent, debeant esse aequales, sive dein comparentur motu materiae velocissimo, sive comparentur motui priori, qui in corpore jam est: comparatio ista hic non habet locum; effectus enim considerantur absolute, idque sollempmodo queruntur, annos inter se comparati omnes sint aequales? Facile enim demonstrari potest, quod globus A incurrens celeritate infinita in globum B, hinc semper aequaliter vim imprimat, sive sit in motu sine in quiete, ita ut adversarius constanter perseveraret possit in eo, quod potentia corporis ascendentis non per ascensum, sed per temporis spatium mensurari debeat; ex quo dein sequitur corpus ascendentis ex gr. ad altitudinem quadruplam, non nisi duplo plures iactus aequales recipere, quam alius aequalis corpus ascendentis ad altitudinem simplam, ideoque potentia illorum corporum esse ut 2 ad 1, non autem ut 4 ad 1. Difficilias haec, fatior, me diu multumque vexavit (videlum enim hic non esse petitionem principiū dictas, sed praecipuum argumenti Tui vim directe impugnari) donec tandem exinde ita me extricare putaverim, dicendo: Verum quidem esse, quod effectus in corpore ab impulsionebus materiae gravitatis producti, initio cuiusvis momenti, sint semper aequales, sive corpus quiescat sive moveatur; sed et hoc verum est, quod corpus descendens vel ascendentis occurrat uno momento certo numero particularum perpendiculariarum dispositarum, qui numerus erit in ratione celeritatis corporis moti; singulæ autem hæ particulae summa peculiarem faciunt iactum aequalem in corpus ascendens vel descendens. Et hæ rationes effectus materiae gravitatis non initio tantum momenti, sed per totum momentum productus, computandus esset per quantitatem spatii uno momento percussi: hinc augmentum momentaneum potentiae corporis ascendentis vel descendentes semper variatur pro ratione celeritatum, et erit infinitas maius, quam vis impulsioneis quam recipit quiescens a materia gravitatis.

Mentem meam melius schemate aperiam: Repraesentet (fig. 47) AB lineam descensum in qua 01, 02, 03, 04, 05 etc. percurrentur momentis aequalibus 1, 2, 3, 4, 5 etc. applicentur ad 0, 1, 2, 3, 4, 5 etc. aequales 0a, 1b, 2c, 3d, 4e, 5f etc. quas

denotent vires impulsionum materiae gravitatis, initio cuiusvis motus corporis impressas. Nunc, per naturam gravitatis eadentium, altitudo A8 est quadruplicis ipsius A4, quavis nonnisi duplo plus impressiones sequentes 0a, 1b, 2c, 3d, 4e, 5f, 6g, 7h, si in illa continuenter quies in hac 0a, 1b, 2c, 3d, 4e, hinc cum Pino Papini credideram, sufficeret ut gravis ascendat per altitudinem 4A subquadriglam ipsius SA, ad superarendam diminutam partem resistentiam, quam superaret ascendenda per SA, non amadverteret errorem, qui in eo consistit, quod sumserant impressiones momentorum initiales 0a, 1b, 2c, 3d, 4e etc. loco impressionum continuarum 0b, 1c, 2d, 3e, 4f etc. quae utique non amplius sunt sequales. Oppido inde liquet veritas asserti Tui, quod nemp̄ potentia corporis aequalium sint in ratione altitudinum percussarum: est enim summa omnium impressionum 0b + 1c + 2d + 3e + 4f + 5g + 6h + 7i id est, rectangulus Ai, ad summam omnium impressionum 0b + 1c + 2d + 3e, id est, ad rectangulum Ae, at altitudinem A8 ad altitudinem A4. Rogo mihi sincere dicas, an non rem acu teigerim. Hoc argumento, arbitror, Dmns. Papini optime convinci posset, quavis alias in eodem libello contra Gelelinum disputans, de fluentiis aquarum mensura, proprium gladium suppediet quo jugulari potest. Ex iis enim quae pag. 77. legitime contra adversarium suum infert, apertissime sequitur vires motrices vel potentias ponderum aequium esse in ratione ascensionis, id est, in quadra certitudinis. Tibi haud dubie non ingratum erit, si quae ad rem faciunt, hic excerptum, cum forsas hunc libellum Tibi nondum videre configur. „Constat quod gravis, si motu a graviitate accepto sursum versus reflectetur, ascendendo motum amittunt: finito autem ascensu ipsorum centrum gravitatis non potest reperiri alitus quam antequam copiissent moveri: aliosquin daretur motus perpetuus mechanicus. Sit ex. gr. (fig. 48) fons ABD supra trochileam BC transiens, ejus alteri extremo A una libra, altero vero extremo B duas libras appendatur, sitque A dupla ipsius ED: centrum gravitatis erit in E. Supponamus jam pondus B descendere in d, dehicit pondus A tantundem ascendere, nempe ad a, et tunc centrum gravitatis reperiatur in e. Facile est autem demonstrare, quod desensus Ee est tantum  $\frac{1}{2}$  desensus Bd. Ergo corpus illic detinetur, si sursum versus reflectetur, non ascenderit nisi ad  $\frac{1}{2}$  altitudinem d ut in f, et corpus A continuando suum motum sursum versus.

tantundem spatiū percurseret usque ad G; tunc enim centrum gravitatis in eadem qua prīa altitudine, nempe in E reperiretur etc. Quid haec ad confirmationē? Tūc sententias contribuant, facilius perspicies. Libra enim una, descendens ex altitudine B d, efficeret potest ut tres librae ascendant ad  $\frac{1}{2}$  ejusdem altitudinis. Ergo qualiter triū librazum ascendentia habeat  $\frac{1}{2}$  potentias libras descendentes (siquid effectus sit aequalis causa) unde constat propositum, nempe potentias ponderis aequalium esse in ratione ascensum vel descensum, id est, in quadrata celeritatum. Sed regeret forsitan Dnus. Papirus, unam illam librā, quod cum relatis quibus conjuncta sit, non efficeret eandem vim, ac si in aere libero per eandem altitudinem sola descendere, praesertim cum in eis casu plus temporis et prōinde plures impulsiones materiae gravitatis durante desinat recipiat quam in hoc. Verus hoc obiecione pariter ad motum perpetuum mechanismū deducatur, ubi non opus habemus supponere translationem totius potentiae corporis majoris in minus, adeoque Dnus. Papirus solitus suis effugis, numerum negationis illius translationis et perfectae rigiditatis, amplius evadere non posset.

Haec omnia cum perpendissim et vidisset tam luculentem  
confermare novam Tuam viras motrices aestimandi rationem et de-  
struere vulgarem ilium Cartesianorum opinionem, quae consuevit in  
Philosophorum Scholis invalidum et radices egit, ut quanphamvis  
caco duci mutari credere rem, in omnibus quotquot sunt Philo-  
sophorum modernorum ore versantur, in quam eam paucis attentatis  
et penitus examinare; Ego, inquam, postquam haec probe perpen-  
dissem, tandem errorem vulgarem omnino deserui, minique ipsius  
irritus fui, quod ilium apud me tandem foveria. Interim mentem  
meam subiit, annos nova haec ratio potias aestimandi, demon-  
strari posset directe et *ἀπόδειξις* ex ipsa nempe motus natura-  
li et lege, supponendo corpora moveri in vacuo, in quo in aliis vires  
sunt exercent. Demonstratio enim per deductionem ad motum per-  
petuum, tanquam ab absurdum quid, pertinetiam Cartesianorum novis  
potius involvit scrupulis, eam ab errore nomine defecit.

Post levem meditationem vidi si directe posse probari per principium aliud, quod ipse Cartesius admisit, nempe per compositionem motus, et quidem sic: Moveatur (fig. 49) globus A celestis et directione AB, et impingat obliquie in alium globum aqualem B quiescentem, ita ut angulus incursionis ABD sit semipunctus:

nunc queritur, quid post ictum sit futurum, supposito totam potentiam corporis aliquius directe incurventis posse transferri in aliud corpus aequaliter quiescens? Considero motum AB tanquam compositum ex duabus aliis aequalibus AC, BC, quorum directiones angulum facient rectum ACB: nunc statim patet, quoniam AC est parallela ipsi BD, et BC ad eandem perpendicularis, quod globus A secundum directionem AC nihil globo B communiciet, sed quod tota vis secundum BC transferatur in globum B (si modo globi perfecte aut saltem admodum elasticus supponantur, ut globi in iudicium) ita ut post ictum globus B moveatur in directione BE, velocitate BC, et globus A in directione BF velocitate AC. Quoniam autem tam globi, quam velocitates sint aequales, erunt eorum potentiae aequales, et ambo simul sumat, tanquam effectus aequales causae, id est, tota potentia quam habebat globus A ante ictum. Ergo potentia globi A ante ictum est ad potentiam globi B post ictum ut 2 ad 1, ut  $(AB)^2$  ad  $(BC)^2$ , ut quadratum velocitatis A ad quadratum velocitatis B. Q. e. d.

Idem generaliter potest demonstrari, si globus A alia quavis oblique intelligatur incurvare in globum B; tunc enim semper globus B recipiet velocitatem BC, et globus A perget moveri velocitate AC; et hoc modo, quia potentiae duas partiales, simul sumatae, constituent totam, erit potentia globi A post ictum ad potentiam globi B, ut  $(AC)^2$  ad  $(BC)^2$ , id est ut quadrata globorum celeritatum.

Nescio quid hinc demonstrationi objici possit, nisi fortasse quod nulli globi tam perfecte elasticus reperiantur, qui omnem suam potentiam in alios aequales directe impingentes transfundere possint. Hor profecto demonstrationem nostram minime labefactat: etiamen enim concedamus illam perfectam elasticitatem non dari, scimus tamen per experientiam dari corpora ita prompte se resiliuentia, ut nullum sensibile discrimen inter velocitatem globi incurventis ante ictum et inter velocitatem globi aequalis percussi post ictum, adeoque et hoc contra demonstrationem nostram nihil valet. Supponamus tamen in favorem adversarii tantummodo partem celeritatis BC (fig. 50) communicari globo B, nihilominus ex Cartesii opinione sequetur aliquid absurdum. Esto enim, et aequalis globus B ex percussione globi A partem celeritatis BG, puta BG; ergo, secundum Cartesium, remanebit globo A in directione CB residua celeritas CG (supponuntur enim globi aequales). Quo-

niam autem juxta directionem AC, integrum velocitatem AC servat, habebit globus A post ictum, ex compositione motus AC et CG, velocitatem AG. Ergo, si quantitas motus ante et post ictum esset aequalis, foret  $A \times AB = A \times AG + B \times BG$ , et quia  $A = B$ , foret  $AB = AG + BG$ . Q. e. a.

Quid ad hanc reponi possit ab acerrimo quoque Cartesiano, non video; compositionem enim motus non negabit, nisi simul coryphaei sui explicacionem reflexionis et refractionis radiorum destruerit velit, aliquae, in quibus composite haec admodum solemnis ipsi fuit: dicet forsitan post ictum directionem mutari; hinc globos A et B celerius moveri, quam si ille in hunc directe impingeret, ut nempe quantum a prima directione deflectuntur, compensetur per augmentum celeritatis. Sed quid, queso, directione ad quantitatem motus vel ad quantitatem virium? sive corpus aliquod haec, sive illic feratur, retinebat, credo, semper eadem vim, si modo celeritas eadem maneat. Numquid ridiculum esset dicere singula, quae in toto Universo mouentur, semper eandem directionem servare; secus juxta mentem adversarii quantitas motus variaret.

Aliud adhuc superest argumentum non contemnendum, quo probatur vires corporum aequalia esse in ratione quadrata velocitatum. Constat quod vires centrifugae corporum in gyrum motorum sint in ratione composta ex quadrata celeritatum et reciproca longitudine radiorum (facile hoc demonstrari potest) ergo, existentibus radios aequalibus, erunt vires centrifugae, vel vires filia, quibus corpora detinuntur, tendentes in ratione quadrata celeritatum. Sic quia vires istae tendentes sunt inadequatae quadam effectus corporum motorum, satis probatur propositum.

Jam minimum fere huic materie immorior: patere tamen, ut quae ex nova Tua sententia nunc satis stabilita legitime fluere videntur, paucis proponam, super quae mentem Tuam desiderarem. Videatur centrum percussionis corporum alter sicut se habere, quam hactenus creditum est, siquid vires percipientes elementorum corporis aequalitatis sint a mole elementorum et a velocitate eorumdem, loco quod quadrata velocitatum, juxta novam hypothesisin, sumenda essent. Hoc modo centrum percussionis linea rectae rigidae, circa alterutram extremitatem motae, non esset ibi, ubi est centrum gravitatis in triangulo, nempe  $\frac{2}{3}$  longitudinis linea distans ab extremitate quiescente; sed esset, ubi est centrum gravitatis

in pyramide, nempe  $\frac{1}{4}$  axis distans a centro rotationis; et sic in aliis. Praetera videntur resistentiae medi, quas vocas respectivas, sepositis absolutis, non esse in duplicata ratione velocitatum, sed in triplicata. Corpus ex. gr. aliquid motum, in liquido tenuitate notabilis carente, duobus velocitatis gradibus, certo tempore duplo maiorem quantitatem liquidii penetrat, et duplo celerius quam aliud corpus aequale, motum uno velocitatis gradu; quoniam vero quantitatibus aequalium vires sunt, ex nova hypothesi, in duplicata ratione velocitatum, erit resistentia corporis illius octuplicata resistentiae hujus: contra quod Tu statueris in Actis ann. 1691 pag. 177. Dices forsitan, differentiam esse, quando corpus cum omnibus suis partibus, simul et uno instanti, in alterum corpus, ut globus in globum, impingit, et quando per partes et successivae appellatur, ut fluidum contra obicem; sed si ita distinguis, optarim ut explicares rationem distinctionis. Desiderarem etiam rationem exactam, cur nova Tua hypothesis tantum locum habeat in velocitatibus actualibus, non autem in conatus, siquidem conatus nihil aliud est quam motus infinite parvus. Cur ex. gr. ad aequilibrandas quatuor libras in una distantiis ab hypomochlio vectis appensa, non etiam requiratur ab altera parte vectis tantum una libra in duabus distantiis appendenda, sed duas libras. Et deinde concessio, hujus posse rationem reddi, videtur quod si duabus istis libris, que cum quatuor libris oppositis aequilibrium faciunt, vel minima velocitas actualis imprimitur deorsum versus, illico praeponderare deberent et magno impetu descendere: duea enim istae librae, habentes duos gradus velocitatis, habent duplexmaiores vim, quam quatuor libras cum uno gradu velocitatis. Hoc tamen est contra experientiam, nam lente admodum nec eisque que possent, descendunt. Explicationem etiam sciscitor experimenti illius quod, recente in Epistolis Cartesio (ut Dnus. Varignonius in Actis Erudit. an. 1691 pag. 300 memorat) Pater Mersenneum cum Dno. Petito saepius iterata vice instituerat circa majus tormentum bellum, quo perpendiculariter erecto et dispolso, globum ejusve vestigia frusta in terra quiescere: argumento eum non recidisse, sed etiamnum in aere haerere suspensum. Hoc, si non sit figuratum, multum etiam Tuae demonstrationi, quam ab impossibilitate perpetui motus petis, derogaret.

Quando dicas, quod qui motum perpetuum mechanicum possiblem defendit, etiam fieri posse putabis, ut aqua sponte ascendat

in montem, facile judico quorundam digitum intendas: nimurum ad meam, elim in Actis insertam, inventionem perpetui mobilis, filtri ope comparandi, per quam perennem aquarum per poros terrae, instar filtri, ascessum, et sub forma fluviorum et fontium descensus explicalam. Certe hujusmodi perpetuum mobile non tam absolum esse et contra natura leges cuivis, vel leviter ad pressiones fluidorum attenti, patet: insquid enim, si possemus efficere, ut centrum gravitatis aliquius corporis sponte velob motum perpendicularem intestinum ascenderet, haberemus motum perpetuum mechanicum? Ast, si super liquorum graviorum in vasculo quodam contentum, superinfunditur alias levior cum priori perfecte miscibilis, commune duorum liquorum centrum gravitatis infinitum locum non occupabit, sed necessario ascendet: alias liquores non miscerentur. Quod si a hanc permissione non durarunt, sed tractu temporis particulas liquoris gravioris terum ad fundum subsidere, regabo Te, ut consideres quam minutum dissolvatur mercurius a liquore quodam corrosivo, velut spiritu nitri, et ita intime cum illo miscetur, ut, nisi affundatur sal quoddam, per mixtio illa in perpetuum duratura sit, manente interim liquore adeo limpido et fluido, ut si ex gravitate id non conjectaretur, nihil impinguatum illius esse diceres. Quid igitur impedit, quoniam ope filtri, quod separaret istas duas substantias, leviori a graviori, haberri possit motus perpetuus; filtratione enim ista communem gravitatem, quod non est in sua sede naturali, descendere conatur, quia tamen descendere non potest ob delabentem ex tubo materialiem secretam, que, ut sapponi, iterum sese perfecte miscet cum substrato liquore, conatus iste et proinde filtratio continua perseverabit: unde objecio ista, quod gravioris liquoris actio per filtrum intercipiatur, ita ut solus levior in eum, qui in tubo jam est, gravitet, nihil valet: ipse enim levior, qui extra tubum est, etiam a graviori premitur, et ita junctis viribus eum qui in tubo est premunt. Non itaque mirum, multo minus absurdum esse debet, si tali modo, ubi natura motus (motus nempe intestinus) iuvat, motum perpetuum obtineri posse dicam. Non enim minor absurditas esset dicere centrum gravitatis posse ascendere, quod tamen hic contingere videmus. Interim Tecum sentio, impossibile esse motum perpetuum per machinam quamdam corporum solidorum procurandum, quae solo artificio et industria humana operatur. Sed quia literae jam praeter spem Tibi forsitan ad nauicem exeq-

verunt, hic abrumpo, et differentialium materiam in proximam scribendi occasionem differo.

Vale, et votum pro voto habe. Perage laetus et inconcussa sanitate novum hunc annum et quam plurimos subsequentes, ut ego cum toto Orbe mathematico ingenii Tui fructibus, ut hactenus, ita proporro quamdiutissime frui possim. Iterum vale et ama, qui se sincero corde dicit etc.

Groningae  $\frac{1}{2}$  Jan. 1696.

### XXIII.

#### Leibniz an Joh. Bernoulli.

Quod ad nonnulla Tuarum anteriorum visum sum respondisse paulo brevius, non ideo factum est, quod Tuae objectiones mihi fuerint ingratae, sed quia judicavi, quod res est, eo Te esse ingenio, ut non habeas opus multis verbis. Fortasse etiam fuere tunc, quae scribentem coegerunt festinare. Et nunc quoque sunt, quae me avocant a meditandi laboribus, quorum potissimum est catharrus gravis, qui adjunctam habet febriculam, quae ne quid altius in recessu habeat, cavendum est.

Dnus. Papinus libellum suum, quem vidisti, ubi primum fuit editus, ad me misit. Ex eo renovata est inter nos concertatio per literas, quam totam Tibi communicabo; cui enim meliori possem judici atque etiam defensori? Videbis antiquum obtainere virum, nec facile gloriam veritati daturum esse, non considerantem, quod ipse Deus est veritas. Gaudeo Te, repetitis meditationibus pro acumine Tuo perspexisse et pro candore agnoscere sententiae meae vim ac firmitatem, quod paucis contigit: adeo difficile, nec fere nisi meliorum ingeniorum proprium est, praedjudicia exuere. Quod ad Acta Eruditorum Te non remisi, causa in promptu est, quia Tibi lecta non dubitabam.

Quae de ictibus materiae gravifcae habes, sunt ingeniosissima, nempe quod numeri ictuum, qui quolibet tempuscule imprimuntur corpori gravi, non sint aequales, sed ejus celeritati proportionales; quo quidem admisso, sublata esset difficultas Dni. Papini, etiamsi ipsi concederemus, quemlibet ictum aequalem vim imprimere. Alterutrum igitur nobis faciendum superest, vel quaeren-

dus modus ostendendi quod notas de numero ictuum, vel neganda ictuum aequipollentia. Fateor nondum mihi modum occurrere ostendendi, quod numeri ictum in aequalibus momentis sint celeritatibus proportionales, quia adversarius negabit de eo quaeri, quot occurratur corpusculis, cum non ab horum numero, sed velut a numero totidem flatum venti (bouffées de vent) res pendeat, quemadmodum in navi velis acta, qui numerus est aequalibus tempusculis aequalis, adeoque temporibus proportionalis. Hoc igitur rogo, ut porro mecum considerare velis, quemadmodum et alterum membrum dilemmatis, utrum scilicet globus A incurrens celeritate infinita in globum B, aequalem ei vim imprimat, sive globus B quiescat sive moveatur, quod facile demonstrari posse ais; ego fateor me nondum eam demonstrationem videre. Jungemus igitur meditationes, ut videamus an nobis in his rebus liquido satisfacere licet; quo facto hand scio an deprehensurus sis, subesse aliquid solidi meae responsioni ad elegantem difficultatem de globo sclopetario in testudinem impacto. Et considerandum videtur, non omnimode esse verum, quod continuatis impressionibus infinite celeribus in B inde a quiete, semper idem celeritatis gradus denuo imprimi debeat mobili, tempuscule quovis, sed tum demum, cum etiam feriens infinites minus censem, quam mobile continue percussum; ubi etiam in impulsibus materiae gravifcae vel venti navem impellant, reapse ita contingit, ob materiae percutientis maximum tenuitatem vel raritatem. Sed si feriens percusso aequale ver. gr. vel notabiliter comparabile esset, ac se haberet velut aqua ad lapidem et infinito impetu feriret, manifestum est, primo statim ictu, quiescenti percusso imprimendam fore celeritatem infinitam, quem gradum continue denuo imprimi non posse est manifestum. Unde vides, non posse generaliter promitti, quod continuo aequalem velocitatis gradum imprimat medium aequaliter agens, si infinita celeritate agere ponatur; sed et in eo casu, quo revera aut circiter idem semper gradus velocitatis imprimitur, non video quomodo inde possit inferri, sine petitione principii, eundem imprimi gradum virtutis seu eundem in paciente produci effectum; cum non concedam, vires esse velocitatibus proportionales, imo contrarium mihi sit pro demonstrato.

Quae habes de incursu obliquo, egregia sunt et prorsus ad sensum meum. Imo si in plano aliquo (fig. 51) tres sint globi aequales A, B, C et globus A in duos quiescentes B et C simul

incurrat, ita ut centra eorum in momento concursus faciant triangulum, quod sit rectangulum ad A; demonstro quieturum corpus A in  $\frac{1}{2}A$ , corpora autem B et C omnem vim esse receptura et quidem itura celeritatisbus  $\frac{1}{2}B_1B$ ,  $\frac{1}{2}C_1C$ , quae sint latera quadrati, cuius diagonalis sit  $\frac{1}{2}A_1A$  celeritas ipsius A ante ictum. Hinc jam duxi consequentiam, qua rursus constrictus tenetur Dnus. Papius. Ponamus corpora B et C in  $\frac{1}{2}B$  et  $\frac{1}{2}C$  parieti immobili Elastico directe occurrentia, reperiuti celeritate et itinere quo venerunt, et redirenta proinde simul ad  $\frac{1}{2}B$  et  $\frac{1}{2}C$ , illi rursus simul incurrere in A, loco eujus resumto; tum ambo B et C resument quietem, et corpus A suam celeritatem recipiet. Hinc porro sequitur, idem futurum, si B et C in quiescens A veniant ex locis  $\frac{1}{2}B_1C$  celeritate aliunde accepta, quam ab A aut pariete elastico; nihil enim refert, unde habeant, postquam semel habent. Ergo aequales globi B et C et aequivalentes, simili incurrentes in tertium culibet eorum aequalem A, situ centrorum faciente triangulum ABC rectangulum in A, quiescent post ictum, et totam suam vim in A transferent, eique dabunt celeritatem  $\frac{1}{2}A_1A$ , quae sit ad celeritatem ipsorum  $\frac{1}{2}B_2B$  vel  $\frac{1}{2}C_2C$ , ut diagonalis ad latum quadrati. Unde jam habemus simplicissime, quod Papius fieri posse negarat, ut in concursibus ex maiore massa in minorem tota vis transferretur; quod tamen hic contingit ex B+C in A. Idque in literis ad Papium scriptis innui a me repertum per concursum unius cum duobus, non tamen exposui, quod videretur mihi inconvertibilis demonstrationibus quantuscunq;

Sed quoniam Te in nostris castris video, labenter communicabo principium meum a priori demonstrandae verae aestimationis virium, quod mihi in prompta esse aliquoties indicavi, nondum tamquam lacteum produxi. Tibi autem communicare est frugilerae maxime terrae commendare gramum, ut in magnam plantam surget. Petitur autem ex principiis maxime primis et abstractis, nempe notionis temporis, spatii et actionis. Unde etiam patet tantum abesse, ut quod aliqui putarunt, negligatur a me debita temporis consideratio, ut potius sit totius aestimationis basis.

Ecce Argumentum:

1. Actio faciens duplum, tempore simple, est dupla (virtualiter) actionis facientis idem duplum tempore duplo; seu percursio duorum milliariorum intra horam est dupla (virtualiter) percursiois duorum milliariorum intra duas horas.

2. Actio faciens duplum tempore duplo, est dupla (formaliter) actionis facientis simplicem tempore simple; seu percursio duorum milliariorum intra duas horas est dupla (formaliter) percursiois unus milliaris intra unam horam.

3. Ergo Actio faciens duplum tempore simple est quadrupla Actionis facientis simplicem tempore simple; seu percursio duorum milliariorum intra unam horam est quadrupla percursiois unus milliaris intra unam horam.

4. Si pro duplo substituissimus tripulum, quadruplum, quintuplum etc., prodisset actio noncupla, sedecupla, 25pl; et generali patet, actiones motrices aequalib; acquitemporaneas, aequalium mobilium esse ut quadrata celeritatum, vel quod idem est, in eodem vel aequali corpore vires esse in duplicitate ratione celeritatum. Q. E. D.

Hoc argumentum, quo est brevius et petitum ex magis obviis, hoc puto fore inexpectatus, et nonnullos etiam sese in erendo aliquo ejus paralogismo frustra fatigaturos. Suspiciamus enim nos decipi, quos brevibus et facilibus argumentis velut circumvenimus. Nobi tamen illes dignori hae liquida luce veritatis, qui argumenta illa, ab affectibus gravium vel aliorum corporum sensibilius petita, non ut par est accipere; unde nec publice extare volui, ut esset, quod illos communicarem, qui sese aequos judices praehisissent.

Verissimum est, quod ais, et a me quoque comprobatum in Tentamine de Motuum Coelestium causis, vires centrifugas in ratione composta esse ex duplicitate directa celeritatum et reciproca simplice radiorum; neque id contemendum est in rem nostram, eti; enim haec vires vel potius sollicitationes differant a viribus ipsis per se circulatoris; sufficit quod illis sunt proportionales. Interim revera nihil aliud sunt quam celeritates elementares. In centro percursionis indagando peculiaris oritur subtilitas, quam alia vice expounam; nunc enim valetudinis ratio magnam attentionem non fert. Memini etiam me olim examinare resistentiam respectivam ad meae aestimationis leges, et tamen veram deprehendere, quod et ipsum resonatum labentissime exponam. Cur autem in vulgari Mechanica aequilibrium sit, cum velocitates descendendi infinite parvae seu initiales sunt ponderibus reciproce proportionales, causa est (quemadmodum etiam indicavi in Actis) quod initio etiam descensus vel ascensus sive altitudines sunt ve-

jocitibus istis elementaribus proportionales. Generaliter autem gravium vires sunt in ratione composita corporum et altitudinum, ad quas vi ipsarum ascendere possunt corpora, vel ex quibus descendendo eas acquisivere. Ceterum pro objectione non habeo quod notas, si una libra a fulcro duplo remotior cum duabus libris sit in aequilibrio, supervenientem velocitatem actualiem ex parte unius librae descensum ejus facturam, non tamquam impetu semper, sed pro ratione impressae velocitatis, cum et apud duas libras, una illa descendente, sint elevandae; nec puto experientiam a nostris principiis dissenserum.

Mersenni experimentum vereor ne sit erroneum; si tamen verum esset, globoム erecto perpendiculariter tormento excussum non recidere, sequeretur gravitatem, in brevi distantiā a terra, vim perdere, et terram esse instar magnitūs, qui acus nonnisi valde propinquos attrahit. Neque id nobis officeret; rem tamea ita sese habere non facile credo. Miror experimentum a nemine, inde a Mersenni temporibus, fuisse sumptum.

Velim Tibi persuadeas, cum contra motum perennem mechanismum nuper Tibi scriberem, plane me in animo non habuisse, quae olim op̄e filtri proposeras; aliquip̄ diximus aptere et candide nec Te verbis aculeatis pupugimus, quod a meo more est alienum. Et non ero adversus, cum declarest dehinc accedere motum intestinum ex aliis quam gravitatis principiis ortum, veluti si fermentatio durabilis aut perindicia esset in liquore, atque non nisi motum physicum perennem intendas. Nam optimè sis, liquore leviore super graviorem posito et deinde cum eo perfecte mixto, communie eorum gravitatis centrum ascendere; unde adeo vi quadam extranea vel physica ad hanc mixturam opus esse constat. Forte et alia postea vi physica opus erit ad procurandam filtrationem seu ad vincendam causam mixtionis conservatricem, quae causa conservans fortasse esse posset vel sola partium tenuitas. Itaque ingeniosam Meditationem Tuam sugillare in animo non fuit.

Atque ita iam omnix Tua attigisse credo, eti omniibus non sit satisfactum, quod tamen spero me alias, Deo dante, facturum, ubi valetudo sibi recte constabat. Interea parabolioribus meditationibus semper promptissime inservere conabor. Et sum omnino in hoc negotio Dynamics nostre, quae adhuc Tibi exponi debent, quia publice nondum proustant; cum enim a multis annis ista ver-

saverint, mirum non est, si nonnulla constitui, quae primo aspectu sese offere non possunt. Quanti autem momenti sit, recte constitui principia hujus Matheseos, vel Physico-Matheseos tam late patentia, quae considerationem virium (rem imaginatio non subditam) addit Geometriae seu scientiae imaginum universali, facile intelligis. Libentissime autem Tibi exponam sententias meas, vel ideo ut cognitis illis, faciliter deinde per Te superes difficultates, meque necessitate haec diutius meditandi leves. Nam multa mihi elaboranda supersunt adhuc aliora, si Deus vires vitamque concedat, quae vellim non interire.

Cum Carcer publicus abiisset ante has expeditas atque adeo tempus adhuc superiores, nonnulla subiungenda putavi, ne qua in re Tibi satisfacere neglegrem. Et quidem circa demonstrationem meam ex principiis primi petitam, notata dignum est et imprimis memorabile, hinc sequi revera condem semper quantitatem Actionis motricis absolute conservari; sed in eo fuisse peccatum a Cartesio, quod eam non recte accepit et cum ea, quam vocat, quantitate motus confudit, praecordia recepta secutus. Deinde secundum est, a me distinguim vim absolutam a directiva, quamvis et directivam ex sola consideratione potentiae absolutae deducere et demonstrare possim. Et quidem demonstro non tantum eamdem conservari vim absolutam seu quantitatem actionis in mundo, sed etiam conservari eamdem vim directivam eamdemque quantitatem directionis ad easdem partes, seu eamdem quantitatem directionis ad easdem partes seu eamdem quantitatem progressus, sed progressus in partibus computato, ducta celeritate in molem, non quadrato celeritatis. Itaque tamen quantitas progressus in eo differt a quantitate motus, quod duobus corporibus in contraria partes tendentibus pro habenda quantitatē motus totali (sensu Cartesiano) debent addi quantitates motus singulorum (seu facta ex celeritate in molem) sed pro habenda quantitate progressus debent a se invicem detrahi; differentia enim quantitatum motus in tali casu erit quantitas progressus. Itaque cum Cartesius putarit sese ita posse salvare actionem Animae in corpus, quod anima quidem non augeat vel minuat quantitatem motus in mundo, augeat tamen vel minuat quantitatem directionis spirituum, lapsus est ignoratio lupus legis nostrae novae de conservanda quantitate directions, quae non minus pulchra est et inviolabilis, quam conservatio virtutis vel actionis absolutae. Itaque autem lex directionis vel potius

consecaria ejus, mire decepero plorosque, ut videntes ibi locum habere sextimationem ex ductu celeritatis in molem, ubique illi locum facerent, etiam cum agitur de vi absoluta. Exempli causa experimentis constitit, si due globi duri seu Elasticii, A et B, directe et centraliter concurrent inter se celeritatibus, quae sint reciproce proportionales corporibus, eos se mutuo repellere, ita ut ambo redant ea qua venere celeritate. Hujus rei necessitas sequitur ex nostro principio conservandae directionis. Nam, ante concursum, progressus eorum seu quantitas directionis est aequalis nihilo; ergo talis etiam debet esse post concursum. Cum vero etiam vis eorum absoluta debet conservari, demonstratur has duas conservationes virtutis absolutae et directions simul non posse obtineri, nisi dicta repercussionem. Simili methodo demonstratur, quod supra asserui, de globo A cum B et C concurrente per triangulum rectangulum, et regulare etiam concursus duorum corporum statim definitur. Verissimum est etiam ipsam vim directivam haberet ducta molis in quadratum celeritatis, ut aliquando appareret. Interim, eo seposito, illa simplex consideratio directionis seu progressus etiam facit, ut in aliis unitis opus sit celeritate ducta in molem; verissimique maneat theorematum receptarum Mechanicarum, item oscillationis vel percussione, imo et resistentiae medi rectipictive. Reperi enim, si ponamus corpus in medio ferri, et medium constare ex immumeris globulis, per spatiuum tanto rarius disseminatis, quanto medium est tenuius, celeritatum decrementa, in quibus ictu amissa, esse celeritatus proportionalia; et cum aequalibus temporibus, numeri ictuum hoc loco sint ut celeritates, fore decrementa ut quadrata celeritatum, aequalibus temporum elementis. Idque ex ipsis illis meis principiis de conservanda tam virtute absoluta, quam directione, demonstro. Unde vides, quanta hic cautione sit opus in recto usu principiorum nec iri debere per saltum, nondum omnibus rite examinatis. Sed haec altiora objectoribus, in quibus non satis docilatissimis apparuit, exponere non sum dignatus, tametsi principium hoc generale de conservanda etiam directione contra Cartesianos non dissimularim. Tibi vero vellem huc omnia uno oculo obtutu patenter. Atque ita jam ex dedi, ex quibus omnibus Tuis difficultatibus (etiam supra dilutis) satisfisi. Hoc tantum addo, re considerata, non esse quod queramus demonstrationem hypotheses illius, quasi grave descendens vel ascendens plures ictus

a materia gravifica recipiat, eodem tempuscule, proportione celeritatis, neque enim veram puto: et si esset vera, celeritates non crescent aequaliter seu ut tempora. Interim minime concedendum est, quod aequalis gradus virium absolutarum, quovis ictu gravi, addatur vel auferatur; etsi enim materia gravifica semper aequaliter agere ponatur, tamen grave patiente non manet aequaliter dispositum. Longe enim alia ejus est dispositio cum quiescit, quam cum jam vim accepit. Imo, eo ipso, dum additur eadem celeritas celeritati alicui jam inexistenti, demonstratum habetur ex nostris principiis addi vim maiorem, quam cum additur quieti; seu plus esse celeritatis gradum addere jam moto vel magis moto, quam addere quiescenti gradum vel minus moto: ut ita argumentum contrarium sit demonstrative revictum, et alia solutio non sit quaevisa. Vale.

Dabam Hanoverae 28. Januar. 1696.

P. S. Curavi super edi relationem ex Gallia mihi missam de novo illo et admirabilis Andidisenterico, quod mercator quidam ex Hispania attulit, et jussu Regis innumeris successibus comprobatum est. Non dubito quin Tibi, in Gallia versanti, fiduciam innoverit. Sed quoniam nunc contemptum est, nihil aliud esse quam remedium a Pisone descriptum in Historia naturali Brasiliæ, et quae antea velut arcana premebantur, jam emanavere, in usum nostrorum edi entravi. Credo hoc remedium plus adhuc habere in recessu, nec ad solus dysenterias valere. Apud Pisone vocatur Ipecacuanha . . . . .

De cetero magna me voluptate afficies, si me crebro, et si vacat, septimanatim scribas, etsi ego fortasse semper septimanatim respondere non possim. Iterum vale.

## XXIV.

Joh. Bernoulli an Leibniz.

Vix crederis, quanto me moerore afficiat dubia Tua valedo; faxis, rogo, omnibus modis, ut graviori malo in tempore occurras. Spero tamen catharrum, quo natura subinde, præserbit hoc anni tempore, utitur ad expellendum quod sibi molestum

est, Tibi pariter in firmorem sanitatem esse cesserum; quod ut ita fiat, Deum animatus precor.

Dominus Papirus, ut video, manus vietas nunquam dabit; jam nimis aperte Cartesianae opiniois defensionem suscepit, quam ut ab ea deflecti possit, sua magis consuens gloria (sì qua gloria dicenda est a præjudicis non desistere velle) quam veritati. Quin si errorem tandem videbet, non tamen cum agnoscet, multo minus publice fateretur. Interim gaudeo, quod nunc ego Texum in summa rei convenientia, et plerique, quae in prioribus meis notabam, ad stabilendam novam Tuam hypothesis, Tibi non displicant. Miror vero etiam, a Te non approbari modum meum explicandi ictus materiarum gravificarum, qui quolibet tempuscule corpori gravi imprimitur; certe si velimus aquos judices agere, oportet ut cuique sumus tribussumus. Equid clarius est, quam quod duae quantitates fluidorum aquivelocum incurrentium in duo corpora aequales, ipsas inferant vires, quae erant in ratione ipsarum quantitatum fluidarum; est enim et hic repetitio effectuum homogeneorum, quam adeo commendas pro aestimatione causarum; ita ex. gr. quantitas fluidi, ut  $\lambda A$ , celeritate ut  $C$ , producit duplo majorem vim quam quantitas ejusdem fluidi, ut  $\lambda A$ , celeritate eadem  $C$ , quod enim potest unum  $A$ , idem poterit etiam alterum  $A$ , caeteris paribus; ergo geminata causa, geminatur effectus. Hinc siquidem minus arrideat quod dixerim, numeros ictuum, qui quolibet tempuscule imprimitur corpori gravi, esse ejus celeritati proportionales, ponamus unicum esse ictum, quovis tempuscule impressum (quamvis, ut verius dicam, nullus sit ictus, sed potius una continua pressio per totum descensum gravis) nunquid ipsi ictus diversi tempuscule impressi erunt, (quandoquidem celeritas materiarum gravificarum maneat semper eadem) ut quantitas fluidi seu materiarum gravificarum illis tempusculis percursae seu penetratae; verum ae quantitates sunt ut spatiola descensuum momentaneorum, id est, ut celeritates gravis; ergo etiam ictus, vel potius vires ictuum diversis tempusculis gravi impressae, erunt ut celeritates. Id quod apertius liquet ex ipsa figura in ultimis meis adjecta, quam, si placet, aspicias; ubi si supponatur grave descendens per  $AB$  esse ex. gr. in  $2$ , facturum una tempuscule descensum  $2, 3$ ; nunc autem esse in  $6$ , et aquoli tempuscule percurrere  $6, 7$ ; illico apparet maiorem copiam materiarum gravificarum aquoli tempuscule appellare ad grave, quando est in  $6$ , quam cum est in  $2$ ; quae

quidem copiae erunt ut spatiola percuta, id est, ut  $5, 6$  ad  $1, 2$ ; id est, ut celeritates in dictis locis acquisitae. Sed rogo ut haec paulo attentius mecum consideres; non enim dubito quin in tandem assensum tribus, cum adeo apprime et rationi et experientias convenient; licet verum sit, me minus congrue dixisse grave descendens vel ascendens plures ictus a materia gravificare recipere, eodem tempuscule, proportione celeritatis; est enim, ut jam dixi, unica continua pressio; interim per numeros ictuum illorum celeritatibus proportionales, intelligere volui pressiones una tempuscule inductas, quae sint celeritatibus proportionales, ideo quod grave in illa proportionate materiali gravificare penetrat, ut ego puto, non autem quod grave nunc tardius, nunc celerius moveatur, ut Tu statuis. Unde cernis meam sententiam plane nil officere opinioni receptae, celeritates crescere aquabiliter seu ut tempora. Ne autem quid desit, ostendam alterum dilemmatis membrum, quod scilicet globus  $A$ , incurens celeritate infinita in globum  $B$ , aequalem ei vim imprimat, sive globus  $B$  quiescat sive moveatur; ad quod demonstrandum haec duo tanquam concessa praemittam. 1. Si duo globi moveantur in piano, quacumque celeritate, et sibi mutuo occurrant, erit quantitas ictus eadem censenda, seu erit ictus aquae fortis, sive planum, super quo moveantur globi, omnino quiescat, sive alia peculiari celeritate moveantur; hoc utique nemo negabit; alias corporum actiones in terra non eadem dicendas essent in Hypothesi Ptolemaica et Copernicana, vel ex. gr. operari in navi laborans, non eadem vi clavum impelleret, si navis quiescat quam si sit in motu. 2. Corpus motum celeritate infinita eundem effectum praestabit, quem praestat, si ejus celeritati supercedat finitus celeritatis gradus; sit enim Corpus  $A$ , celeritate infinita ( $\infty$ ) et idem corpus  $A$  celeritate  $\infty + 1$ , erunt effectus ut quadrata celeritatum, id est, ut  $\infty^2$  et  $\infty^2 + 2\infty + 1$ ; verum hanc duo quadrata censurant aequalia, quoniam  $2\infty + 1$  pro nihil habetur respectu  $\infty$ .

Quibus praedictis supponatur globus  $A$  moveri in piano aliquo quiescente, celeritate  $\infty$ , et incurrente in globum  $B$  quiescentem; nunc vero intelligatur planum simus etiam mo veri in easdem partes, celeritate ut  $1$ , habebit hac ratione globus  $A$  velocitatem  $\infty + 1$ , et globus  $B$  velocitatem  $1$ , atque adeo, per lemma primum, globus  $A$ , celeritate  $\infty + 1$ , tantundem valet in globum  $B$ , celeritate  $1$ , quam idem globus  $A$ , celeritate  $\infty$ , in globum  $B$ , cele-

ritate 0 seu quiescentem. Verum per Lemma secundum effectus globi A, celeritate  $\infty$ , est aequalis effectui globi A, celeritate  $\infty + 1$ ; ergo etiam globus A, celeritate  $\infty$ , tantumdem valet in globum B, celerite 1, quam in eundem globum B, celeritate 0 seu quiescentem; id est, vis impressa globo B erit aequalis, sive moveratur, sive quiescat. Q. E. D. Hinc, si fallor, veritas illius, quod de globo scelopeti in testudinem impacto retuli, satis assertur.

Dum hanc scribo, non possum quin ob affinitatem materie aliquid moneam, quod mihi post scriptas denuo priores meas occurrit in perfectione Schediassatis Tui Actis Erud. Anno 1689 p. 40 inserti De resistentia medii et motu projectorum gravium in medio resistente, ubi, que de Resistentia absoluta Art. I. habes, nimis festinanter a Te scripta videntur, ut pro ingenuitate Tua ipsa faberis, si ea relegere placeantur. Dicis enim

1. Decrementa virium sunt proportionalia incrementis spatiorum; quod utique ita debet esse, etenim ad superandam duplo maiorem frictionem, id est, ad percurrentium duplex spatium, etiam impeditur duplo major vis etc. sed quod subiectis

2. Velocitates sunt proportionales spatii, perdite percursis, residue adhuc percurrentibus, hoc ipsi Tunc hypothesis de aestimatione virium minus consonantem videtur. Ratio quam addis ibidem: Ponantur incrementsa spatii esse aequalia, erunt decrementa virium aequalia (per prop. 1): nam si ejusdem mobilia decrementa virium sint aequalia, etiam decrementa velocitatum sunt aequalia (sunt enim vires ut quadrata velocitatum); aequalibus autem existentibus quadratis, etiam aequalia sunt latera) itaque Elementa velocitatum amissarum sunt ut elementa spatiorum percursorum residuarum ut adhuc percurrentorum. Ergo velocitates sunt ut spatia etc. In hoc praeprimis vacillat, quod consideras velocites amissas, que utique amplius non existunt et proinde ad aestimationem virium perditarum nihil faciunt, loco quod considerari debuissent velocitates residue ad aestimandas vires residuas, ex quibus deinde decrementa illorum et harum innotuissent; sunt enim velocitates reales, quae determinant vires. Hinc, si in figura illi opposita (fig. 52) velocitas initio sit AE, spa-

tium integrum in medio percurrentum sit recta AB, ejus pars iam percula AM, aliante percurrenta MB, velocitas residua MG (vel AF) amissa FE, erit ECB non recta, sed parabola, cuius vertex B et axis BA: quod quidem ex hoc solo etiam patet, quod si spatium percurrente AM sit ex. gr.  $\frac{1}{4}$  partes axis AB, perdidit mobile etiam  $\frac{1}{4}$  sue vis (quia spatia perculsa sunt ut vires impensae) remanebit ergo mobile  $\frac{3}{4}$  vis initialis, et cum vires sint (juxta hypothesis novas) ut quadrata celeritatum, habebit mobile in M,  $\frac{3}{4}$  celeritatis initialis, id est BM. BA :: MC<sup>2</sup>. AE. Praeterea huic mea objectione ipso apertissime suffragaris in penultimiis Tuis ad me datis, ubi sis, me recte judicare, ex Tuis principiis sequi corpus duplo celerius quadruplo amplius penetratur in materiam mollem, modo consideratur sola difficultas, quae est in separatione partium tenacium, id est, considerata sola resistencia absoluta etc. Quae cum ita se habeant, plerisque cadunt, quae in dicto Schediassate ex premissis illis deducit, ut curva AL cuius abscissae et applicatae BM, ML denotant spatia residua, et tempora insunta, non erit logarithmica, sed parabola communis, contra reg. 3 et 5 Art. I. Ideoque mobile M absolvit spatium percurrentum integrum AB tempore finito, contra reg. 4 ibidem. Sequentia etiam quod maximum partem subvertentur. Quia de causa Tibi deliberandum relinquo, amon haec corrigerre operae pretium esset. Interim enixe rogo, ut hanc meam admonitionem serena fronte accepias; video enim unicum meum scopum esse studium veritatis, et procul a me distare morem illorum, qui aliorum scripta cavillandi unice causa suas objectiones statim divulgant publice; si vicissim a me in aliquo peccatur, non solum neque ferro correctionem, sed insuper obstrictum me fateor illi qui me ab errore liberaverit; quo nomine Tibi plura, quam ullatus demererri possim, deboeo.

Modus transferendi totam vim ex majori massa in minorem, quem ex iis, quae de incurva obliqua globorum dixeram, deduxisti, mihi placet; nec dubito quin Du. Papinum, et vel invitem, ad assensum cogerit; pergratius tamen esset intelligere, quid responderit. Meo arbitrio non male agres, se responsum Tuum ad ultimas ejus objections etiam publici juris faceres, cum ille in libello suo eo Te invitare videatur; alias multi rem a Papino egregiam defensam putarent.

Argumentum a priori petimus, quo demonstras principium Tuum, est sane speciosissimum, et ut dicas, omnino inexpecta-

tum: quod illud mihi communicare volueris, haud parvas refero gratias. Non video quid ab adversario in contrarium dici possit; nisi forte quod actio virtualis confundi videatur cum actione formalis, negando scilicet consequi A esse quadruplum ipsius C, ex eo quod A sit dupla ipsius B virtualiter, et B dupla ipsius C formaliter. Itaque dicit tali modo ratiocinari licere, si utraque actio esset homogenea, id est, utraque agit virtus aut formalis; sed utrumvis summanus, delabemur semper in *πρότον* *χρόνον*; quod scilicet actio faciens duplum, tempore simple, non esset quadrupla, sed dupla tantum actionis facientis simpliciter tempore simple. Ecce iunior argumentum Tuum.

1. Actio faciens duplum tempore simple est dupla virtualiter actionis facientis idem duplum tempore duplo.

2. Actio faciens duplum tempore duplo est simila virtus alter actionis facientis simpliciter tempore simple.

3. Ergo actio faciens duplum tempore simple est dupla actionis facientis simpliciter tempore simple. Vel sic

1. Actio faciens duplum tempore simple est simila formaliter actionis facientis idem duplum tempore duplo.

2. Actio faciens duplum tempore duplo est dupla formaliter actionis facientis simpliciter tempore simple.

3. Ergo etc.

Vides duo argumenta, quae idem plane concludunt, sed Tuae conclusionis omnino contrarium, et vulgo illo minutur axioma, quae eidem sunt aequalia, illa sunt inter se aequalia: quod quidem tantummodo locum habet in quantitatibus homogeneis, ut hic comparando actionem virtusalem cum virtuali, et formalem cum formalibus non autem illam cum hac. Quid ad hanc objectionem responderi dehest, quae discipias; nolim ego Tibi quid obiecire, sed potius quid ab aliis objici posse, sincere moneo, quod a Te etiam ita acceptum iri spero.

In Actis Februario Anni 1689 vidi Tibi quoque compertum fuisse vires centrifugas seu, ut vocas, comatus excusorios esse in ratione composita ex duplicitate directa celeritatis et reciproca simplice radiorum. Hinc si velis plus attinet considerare problema meum, quod ante annum in Actis proposui, illud non adeo inelegans repertus, quin Tuan applicationem mereatur. Grave nempe in piano verticali libere descendens et evolvens curvam aliquam quaesitionem acceleratur, et prouinde vis centrifuga hac ratione sugge-

tar. Quoniam autem filium evolvens, cui grave allatum est, elongatur, vis centrifuga hac ratione minuitur. Quarerit itaque constructio curve, ut decrementa vis centrifugae ab elongatione filii profecta, compensentur per incrementa ejusdem vis ab acceleratione provenientia, id est, ut tensio filii semper eadem maneat, vel ut filium semper vi eadem extundatur.

Quiescam in centro percussioneis indagando alia oriarum subtiles, quam illa, ut considerentur quadrata celeritatum actualium, cui in prioribus meis immi, lobentissime mihi exponi cuperem.

Ais Te etiam olim examinasse resistentiam respectivam ad Tuae aestimationis Leges, et tamen veram comprehendere; sed nescio utrum verum putes, an quod resistentiae respectivae sint ut quadrata, an vero ut cubi celeritatum; illud vulgaris est opinio, hoc autem ex examinationis Tuae lege conceptum.

Mirum quantum me delectarunt, quae habes de vi directiva et quantitate directionis ad easdem partes seu quantitate progressus: ubi pulchro detectisi, quid Cartesii aliquis ad errorum ansam dederit, scilicet quod cum viderent aestimationem ex ductu celeritatis in molem alicubi, ut in duabus globis perfecte elasticis, inter se celeritatis quae sint reciprocis proportionibus corporibus concurrentibus, qui post icum, pristina celeritate reperiuntur, locum habere, nullius committentes inductiones ubique illi locum facient. Recte dicis, quod vis directiva ex sola consideratione potentiae absolute deduci et demonstrari possit; sed non ita facile est demonstrare, semper eandem quantitatem directionis seu progressus conservari. Interim scias me jam a longis annis simile formasse principiū, quod, ex occasione Tui, iterum in memoriam revocavi, et post institutum examen mirifice cum Tuo consparare comprehendendi. Illud autem est tale: Si corpora quotunque, in motu constituta, sibi quomodoconque occurrant, habebit se centrum commune gravitatis post concursum eodem modo quo ante concursum, id est, post mutatum actionem corporum, centrum commune gravitatis eandem directionem et eandem celeritatem servabit, quam habebat ante actionem. Possum autem demonstrare, quod id quod vocas quantitatem directionis, scilicet ducta celeritas in molem, nil aliud sit, quam quantitas progressus centri gravitatis, seu ducta celeritas centri communis gravitatis in summam molium, ales ut haec duo principia sint plane unum et idem. Ex his jam conjectare licet, eandem semper gravitatem directionis in mundo conservari; est

enim ista quantitas semper nulla, seu tanta est quantitas directionis in unam partem, quanta in contrarium; alias centrum commune gravitatis totius universi progrederetur acquisibliter in linea recta in infinitum, a quo utique natura abhorret. Concipio itaque totam Machinam mundanam tamquam corpus suspensum in centro gravitatis, cujus tamen partes, liberae et separatae, omnibus modis circa centrum moventur, ita ut perpetuum aequilibrium servetur. Ex his principiis facile novae et verae conduntur regulae communicationis motuum: veteres enim, a Cartesio et aliis constitutas, omnes erroneae sunt ex ipso, quod ad conservationem ejusdem quantitatis virium motricium et progressum centri communis gravitatis non attenderint. Concursus larum durarum quantitatum sibi semper aequalium regula determinat: alias esset problema inde terminatum, cum infiniti modis celeritates mobilium variari possint, ita tamen ut semper eadem quantitas virium maneat. Sed non erit eadem quantitas directionis seu progressus centri gravitatis; et viceversa infiniti modis celeritates variantur, ut semper eadem quantitas progressus maneat, sed tunc non manebit eadem quantitas virium. Unicus ergo est casus, ubi utrumque simul obtinetur, ex quo generalis regula pro communicatione motuum elicetur haec:

Globus a celeritate  $m$ , incurrens in globum  $b$ , habentem celeritatem  $n$ , habebit post ictum celeritatem  $\frac{am + 2bn - bm}{a + b}$  et celeritas ipsius  $b$  erit  $\frac{bn + 2am - an}{a + b}$ , si globi ad eadem partes ferantur, et  $m$  sit major quam  $n$ ; sin ad partes contrarias, ponendum tantum est  $-n$  pro  $+n$ , et  $+n$  pro  $-n$ . Hinc si corpus  $A$ , celeritate ut  $1$ , incurrat in aequali  $B$  quiescenti, habebit post ictum  $B$  celeritatem ut  $1$ , et  $A$  quiescit (pono hic corpora perfecte elastica sive perfectly dura, nam falso sumum puto, quod aliqui, inter quos Wallisius, statuerunt perfectam duritatem, si qua daret, efficeret ut corpora post concursum simul et coniunctione ferrentur). Sed si articulo quodam effici posset, ut in ipso concursu momento, corpora, etiam si summe dura, per uncum aliquem, vel aliquod glutem, ita arte sibi invicem cohaerenter, ut non possent progredi nisi junctim, procul dubio ob conservationem ejusdem quantitatis virium iacent celeritate ut  $\sqrt{\frac{1}{2}}$ : verum tunc

quantitas progressus non eadem maneret. En igitur casum aliquem, quem in penultima Tuis dari posse negaveras: Tuam super hoc responsionem libenter audiem: ego quidem aliquid responsionis loco adducere possem, sed id ipsum non omnino mihi satisfacit. Ceterum dicens, quod simplex consideratio directionis seu progressus etiam faciat, ut in aliis multis opus sit celeritate ducta in molem, verissimaque misere recepta Mechanicae, item oscillationis vel percussione, immo et resistentiae medi re spectivas. Nescio quo pacto facias ut, sola celeritate ducta in molem, pervenias ad cognitionem centri oscillationis: ego eleganter admundum et felicissime centrum istud inventio, ponendo tantum principium illud conservationis ejusdem quantitatis virium, ubi in omnibus consentio cum Duo. Hugenio, absque ut adhibeas ejus obscurum principium, quod scilicet communem centrum gravitatis penduli compotiti ad eandem altitudinem ascendere debeat, sive corpora pendulorum constitutis separatione moveantur, sive simul, cum sint in linea rigida affixa, oscillentur. Interim de centro percussione nondum constat, an illud sit, quod Geometras hactenus constituerint. Lubentissime concedo, si ponamus corpus ferri in medio constante et immersari globulis aquatilibus disseminatis, celeritatum decrementa fore ut quadrata celeritatum, aquatilibus temporum elementis. Possum enim et ego illud demonstrare ex principiis de conservanda tunc virtute absoluta quam directione; hoc autem minime probat, quod enim resistentiae ipsae, id est, virium decrementsa quovis temporeculo amissa sint ut quadratis celeritatum; quia in eo hoc ipso evincitur resistentias esse ut cubos celeritatum. Si enim (fig. 53.) mobile A feratur in tali medio, et abscissa AB denotet tempus, erit celeritas BD in curva hyperbolica CD, cuius asymptotes AB, et celeritas initialis AC, quoniam differentiales ipsarum BD sunt ut harum quadrata. Verum vires mobilis sunt etiam ut quadrata celeritatum BD: ergo decrementsa celeritatum sunt ut vires, et prouide decrementsa decrementorum celeritatum ut decrementsa virium, id est, ut resistentia ipsa; sunt autem in hyperbole decrementsa decrementorum applicatarum BB, id est, differentiae secundae ut cubi applicatarum ipsarum BD. Ergo etc.

Groningae 22. Febr. 1696.

P. S. De mirabilis antidyenterico Ipecacuanha nunquam alienac innutuit mihi, neque etiam novo nostro Practicas Professori

mecum vocalo, Medico alias experientissimo, quem super hac re expresse interrogavi. Herbam Paraguay jam satis notam dicit. Cortex Peruiana etiam apud vos venalia erit. Frater meus scripsit de omnibus Amstelodamum celebri cuidam pharmacopola (Droguiste) sed responsum hactenus nondum accepit.

Nihil mihi gratius esset, quam crediri, immo hebdomatim Tibi scribere, sed negotia tam publica quam privata hoc prohibent; addo quod mihi labores nocturni omnino sint interdicti, eo quod lumen candelae vale officiat oculis meis. An nunc Halenses habeant Professorum mathesos et quenam scire vellem. Si post aliquot annos ego desiderarer, vocationem non recusarem. Iterum vale.

## XXV.

## Leibniz an Joh. Bernoulli.

Meditationes Tuae mihi sum gratissimae, sive proverbas nostra, sive ingeniosis dubitationibus illustras. Utinam ego semper meditandi laborem ferre possem, ut Tibi recte satisfacere licet; faciam tamen quantum nunc commode possum. A Te absit ut exigam, mihi ut septimanum scribas, cum paria reddere non possim: facias ergo, quod e re videbitur, persuasus Tua nuncquam apud me nimia esse. Si non assentio in quibusdam, peto ne me id quadam judicii iniustitate facere putes, ut propemodum insinus, cum ait: si aequos judices agere velimus, oportere ut suum cuique tribuamus. Spero Te persuaserum me, non sine gravi causa, dubitasse de modo explicandi ictus materiae gravificae. Asseris, si fluidum A incurrat in corpus L, et fluidum priori simile et aquilex B incurrat in corpus M aequaliter corpori L, vires in corporibus L et M productas fore ut magnitudines fluidorum A et B; vel ut tuis verbis utar, duas quantitates fluidorum acquire velocium, incurrentium in duo corpora aequalia, illis inferre vires, quae sunt in ratione quantitatum fluidorum. Hanc propositionem non concedo, nec video quomodo per repetitionem effectum a me adhibitam et commendatam demonstrari possit. Et reperies contradictionem contingere, si A et B non fluidi sint, sed solida, licet corpora recipientia L et M ambo quiescere intelligentur. Et multo

minus res succedit, si differant celeritatem. Nimurum si globus A, I, celeritate I, incurrat in globum L, I quiescentem, accipiet globus L celeritatem I. Si vero globus B, 2, celeritate I, incurrat in globum M, I quiescentem, accipiet globus M celeritatem 4. Vides ergo, eti si globus B sit duplex ipsius A, tamen vires impressae sunt ipsi M multo plus quam dupla esse carum, quae impressae sunt ipsi L. Numerum ictuum non improbo; immo magis veritati consuetanum arbitror, quam pressionem continuam. Quod tuum attinet rationem probandi corpus celeritatis infinitise eandem vim dare percussu, sive quiescenti, sive moto, concedo ictum esse aequo fortis, sive corpora concurrent in piano quiescente, sive in piano moto; sed aliud est ictum esse aequo fortis, aliud eandem in percusso produci potuisse quantitatim, computando tam quod proprium, quam quod commune est: cum alia sit virium, alia motuum vel potius directionum compositio: quae etiam in finitis agnosci possunt. Sunt et alii in eo arguento, quae non omnino concludunt, quod appareret, si in formam redigeretur.

Monitum Tuum ad meam aestimationem resistentiae absolutae deprehendo verissimum; idque ipse occasione data prodilebor. Reversa enim non valet haec consequentia: si ejusdem mobilis decrementa virium sunt aequalia, etiam decrementsa velocitatum sunt aequalia; ictumque hoc est ex praejudicio vulgaris de aestimatione virium, menti adhuc praster intentionem inhaerente. Sit mobilis a, celeritas e, vis aee; vis amissa avv, vis residua aee — avv, celeritas residua  $\sqrt{e}(e) — vv$ . Sit ejusdem mobilis celeritas (e), erit celeritas residua  $\sqrt{e}(e) — vv$ . Celeritatis decrementum priore cassi erat e —  $\sqrt{e}(e) — vv$ , posteriore cassi est e —  $\sqrt{e}(e) — vv$ , quae duae quantitates non sunt aequales. Itaque illud verum est, si vires integrae ejusdem corporis diversis temporibus sint aequales, etiam velocitates fore sequentes; secus est de parte, veluti de viribus amisis vel acquiesces;

Nondum communicavi Dno. Papino modum transferendi totam vim ex maiore massa in minorem, quem possibiliter esse negaverat, ut thesis tueretur. Nempe vigesimo Decembri anni præteriti, his verbis ad eum scripsieram: „Pour conclure, je me souviens, „qu'auantôt vous avez mis qu'un grand corps peut transferer toute sa force sur un plus petit, parce que vous avez vu que se loij

„l'opinion vulgaire des Cartésiens, que vous soutenez, j'en inferos „le mouvement perpetuel, et vous avez tâché d'éviter la force de „mes preuves, touchant les moyens de cette translation, le mieux „que vous avez pu, en faisant des difficultés un peu recherchées „sur ces moyens. Cependant ayant revû mes méditations sur le „choc des corps, j'ay trouvé que sans lever ny autre apparat, „dont je m'étais servi autrefois pour vous satisfaire là-dessus, il „y a un moyen simple pour cela. C'est que faisant en sorte que „deux corps choquent à la fois un troisième, il doit arriver en „certain cas, que les deux corps ensemble, quequ'ils fassent „une masse plus grande que le troisième, demeurent pourtant en „repos, et donnent toute leur force au troisième.“ Ad hanc respondet Deus. Papinus in literis 15 Januarii 1696: „Pour ce que „vous dites des deux corps, qui communiquent ensemble tout leur „mouvement (non dixeram „tout leur mouvement“ sed „toute „leur force“) à un troisième, je crois me douter de ce que c'est; „mais crainte d'estre encore obligé de donner deux réponses au „lieu d'une, je differeray d'en parler, jusqu'à ce que vous ayés „nettement exposé le fait.“ etc.

Sed cum in illis ipsis literis mihi non satia acquisitatis ostendere, sed sese ad elisiones praeparare videretur, rem expondere operae pretium non putavi; neque enim ita nunc constitutus sum, ut latèræ variae quererem persequi velim aut possem. Castellum cum volupte vidi Te in literis tuis 18 Januarii datis, affere nonnulla de compositione motus, quæ cum his pulchre conspirant ipsique opponi possunt. Quæ in libello suis scripti, mihi controversiam tuam parum ad sensum meum proponere videntur, ut rem ipsam per se explicare aliquando, quam cum ipso fitigare malim.

Video argumentum meum a priori non eodem apud Te esse loco, quo apud me. Neque habeo quod de eo querar. Tantum rego, ut expendas talis paulo attentius, neque enim tam facile eludi potest, et ipse pro me solutionem objectionis dare potuisses. Sane non video quid Tibi velis, cum dictis actionem virtutem confundi cum formulis. Non enim actio mihi hic est virtus vel formalis; sed una actio alterius est dupla vel virtualiter, vel formaliter. Nimirum virtualiter, cum dupla est estimatione, et si non sit dupla mole vel congruentia, ut Ducatus est duplus Thaleri; formaliter vero, ut Thalerus duplum est semithaleri. Et sciendum

est, quod duplum est formaliter, id etiam virtute seu estimatione esse duplum; ideo cum nominis de virtute seu estimatione hic queratur, nulla est confusio diversi generis quantitatuum vel estimationum. Nempe virtualiter duplum intelligo quod tale est virtualiter solum; sed formaliter duplum voco, quod simul et formaliter et virtualiter duplum est, et poteram vocabulis illis (tantum harmoniae cuiusdam causa adjectis) abstinere; ut enim quia Ducatus duplus est Thaleri, et Thalerus semithaleri, [concludo] Ducatum semithaleri quadruplum esse, ita quia percursio 2 miliarium, una hora, dupla est percursio 2 miliarium, 2 horis, et percursio 2 miliarium, 2 horis, dupla est percursio 1 miliaris, una hora, sequitur percursio 2 miliarium una hora esse quadruplum percursio 1 miliaris una hora. Ignosc candidate, non videris nisi admodum obiter inspicuisse demonstrationem meam, cum eam sic contra me verti posse objicis. 1. Actio faciens duplum, tempore simple, est dupla virtualiter actionis facientis duplum, tempore duplo. 2. Actio faciens duplum, tempore duplo, est simpliciter virtualiter actionis facientis simpulum, tempore simple. Ergo 3. Actio faciens duplum, tempore simple, est dupla actionis facientis simpulum, tempore simple, quod est contra me. Sed rogo ut expendas, quo iure assumi possit præmissa secunda, scilicet percursio duorum miliarium, duabus horis, esse virtualiter simpulum seu aequaliter percursio unius miliaris, factæ una hora. Certe quæ virtute aequalia sunt, aequivalent; quis vero cursor non malit percurrere unum miliare, una hora, quam duo miliaria duabus horis: quin potius, si hoc ultimum ab ipso fieri velis, licet per intervalla, duplum mercedem petet, pro duplicato scilicet labore. Nimirum, ut dixi, quod formaliter duplum est (percursio scilicet duorum miliarium, duabus horis) eo ipso etiam virtualiter seu estimatione est duplum. Idem est de altero tuo argumento ad me, ut aïs, imitationem fabricata, quod tamen rursus longissime ab imitatione ejus abest, ut ipse facile perspicies, Ducato, Thalerio et semithalerio substitutis. Placet tamen hoc quoque argumentum simularium expondere: 1. Actio faciens duplum, tempore simple, est simpliciter actionis facientis idem duplum, tempore duplo. 2. Actio faciens duplum, tempore duplo, est dupla formaliter actionis facientis simpulum, tempore simple. Ergo 3. Actio faciens duplum, tempore simple, est dupla actionis facientis simpulum, tempore simple. Videris ita loqui ac si propositiones

hic possent assumi pro arbitrio; sed quia tandem verisimilitudine assumis hic praemissam priorem? Simplicem formaliter esse, nihil aliud est, quam aequale esse formaliter, sive congruere, ut Thalerus et duo semithaleri. Tantum autem abest, ut percussionem duorum milliarium intra horam aequetur formaliter percurso duorum milliarium intra duas horas, ut ne virtualiter quidem seu aestimatione aequetur; quis enim dubitet, quin plus sit, idem velocius, quam tardius peragre? Interim mirari subit mentis humanae conditionem.

Hic duobus vocabulis, virtualiter et formaliter, quae omittente poterant, adjectis, totam apud Te argumenti vim corrupi, ut a te ipsa aversus, aliud ageres, quod Galli non male videntur: prendre le change. Talia nobis eveniunt, solo attentionis defectu. Obvium aliquid nos saepe ita percellit et ad se trahit, ut reliqua non amplius consideremus, quasi jam assediti paralogismi, quem nobis facile fingimus, sedem, sive τρόπον γένεσις, ut Tute loqueris. Ego nihil magni proponere ausus; sperabam tamen reus non fieri paralogismi apertissimi in argumentatione, non obliter elapsa, sed a compluribus annis considerata, quam tanquam aliquo momento vindicaram. Itaque fateor non potuisse me non valde mirari praeципitem sententiam tuam, et puto candorem in monendo meum. Tibi non ingratis fore, qui utilis est, ut attingo excrucitare, ne tempus male collocare mihi opus sit, defendendo, que Tibi ipsi consideranti facile se poterant approbare; cum me sequi sit in his sublevari. Majori specie opponi poterat: Pari jure quo ego assumi hanc propositionem, Action faciens duplum, tempore simple, est dupla actionis facientis duplum, tempore duplo, potuisse assumi hanc: Action faciens duplum tempore simple est dupla actionis facientis simplicem tempore simple. Veram respondeo, hanc posteriorem non posse assumi, sed potius convinci falsitatem manifestam, hoc modo: Inter haec duo: A facere duplum tempore simple, itemque C facere simplicem tempore simple, datur medium minus prior et maius posterior, nempe: B facere duplum tempore duplo, cumque manifestissime (ex natura repetitionis perfectae) sit B duplum ipsius C, sequitur demonstrativa A esse plus quam duplum ipsius C. Comparatio igitur inter A et C potest resolvi ulterius per interpositionem comparacionis simplicioris: comparatio vero inter A et B interpositione simplicioris resolvi-

non potest, sed primitiva est. His igitur a Te expensis, gratum erit aliquando cognoscere, quid jam argumentatione mea videatur. Quin aliam addo, quae, si fundum rei species, redit in priorem, habet tamen suum proprium pondus. Actiones motrices (sequibilis intelligo) ejusdem mobili sunt in ratione composita effectuum immediatorum, nempe longitudinum percursarum et velocitatum. Porro longitudines (sequibiliter percursae) sunt in ratione composta temporum et velocitatum. Ergo actiones motrices sunt in ratione composita ex simplice temporum et duplicata velocitatum; adeoque ipsis temporibus vel temporum elementis, actiones motrices ejusdem mobili sunt in ratione duplicata velocitatum, vel, si diversa sint mobilia, in ratione composita ex simplice mobilium et duplicata velocitatum. Itaque ex nostris principiis verius rectiusque ostenditur, eandem in universo quovis momento vel sequilibus temporibus actionis motrices quantitatem conservari; quam vero Cartesiani computant quantitatem motus, veram actionis motricis quantitatem non esse. Sunt autem potentiae ut actiones, non impeditiae nec aditiae, aequalibus temporibus exercitiae. Videmus ergo eandem semper vim, eamdemque movendi actionem in rebus servari, et quantum vel potentiae vel actionis motricis uni decedit, tantum in alterum transferri.

Egregie divinitas (considerato, opinor, concensu duorum, in quibus celestes sunt reciproce ut moles, ubi nullam esse directionem notaveram) principium de conservato semper progressu centri gravitatis coincidere cum principio servanda directionis. Reversa enim directione seu progressio totalis idem est, quod progressio centri gravitatis ducta in mobilium aggregatum, ut jam fere Guldi notatum, cuius regulam ampliavi; et centrum gravitatis tantum praestat ratiocinandi compendium. Malum autem directionem adhibere in loquendo, quod mihi cum Cartesianis res esset. Cum Romae essem anno 1659 et cum Auzouto, eruditissimo Gallo, qui inter Academias Scientiarum Regiae velut conditores fuit, multum de his disputarem, meditationes meas in ordinem redigens libellum adsumbravi, in quo demonstrante haec omnia, de vi scilicet tam absoluta, quam directiva, et conservando progressu centri gravitatis, aliquid his non inferiora. Eum transiens per Florentiam, in Mathematicis egregio, petenti reliqui edendum, et ille rediget in mundum omnia studiose, sed cum finis libro absit desset, quem summittere in me receperam, per me stetit hactenus,

quominus editio sequeretur; nondum enim colophonem adjeci, partim quod multa nova subinde nascerentur, que mererentur addi, partim quod his, quos videbam mea non ut par erat acceperisse, nolle velut obtrudere pulchras veritates. Interim propositionem hanc per elegantem inde decerpit, ante annos aliquot Diario Parisino\*) inseri curavi: Si mobile A (quod ut punctum nunc consideremus) tendat simul motibus (id est, celeritatibus et directionibus) AB, AC, AD etc. (id est, ut quo tempore, si uno moto solo ferretur, perverterum esset in B, eo si altero solo ferretur, perverterum esset in C, et ita porro) et quaeratur punctum G, quod sit centrum gravitatis punctorum B, C, D, E etc. et recta AG producatur in F, ita ut AF sit ad AG, ut numerus tantum diuinatarium ad unitatem, feretur mobile moto compposito AF (id est, eo tempore, quo moto solo AB perversetur in B vel moto solo AC perversetur in C etc. nunc moto compposito perversetur in F) quae Propositione Hugenio profunda meditationis visa est, et nascitur et ipsa ex conservatione directionis, scilicet quod ex motibus duobus componentibus, qui sint secundum duo latera parallelogrammi, oritur motus comppositus secundum diagonalem; hujus propositionis generalis causa est simplicissimum, dudum notus. Memini meae propositionis Iusus. Frater tuis in is, quae nuper contra nos in Actis dedit. Respondi quam humanissime (ut hoc obiter dicam) tametsi videbatur etiam sinceritatem meam in dubium vocare, quod me silere voleat. Du Menkenius noster, vir egregius, significavit mihi sese ad Te scripsisse hortatissime esse, ut moderate fratri natu majori respondas, voluntate ut idem susderem ego. Respondi, me de tua moderatione non dubitare et olim Te hac in re mihi ὀψεψηγος reprehendisse.

Verum est, quemadmodum et in proxime precedentibus literis immui, ex conjugatis his duabus legibus: conservatae vis absolute, et conservatae directionis, determinari leges motuum seu concurrentium, modo corpora concurrentia A et B ponantur esse dura, seu quod nub idem est, perfecte elasticas. Calculum autem ita inire soleo, ejusque communicationem Tibi non ingratis fore spero. Progressus corporum A et B ad eandem partem vocetur ante dictum in illo v, in hoc, y; post item in illo x, in hoc z; quod si contingat corpora non tendere in easdem partes cum centro

\*) Journal des Scavans 1693, 7 Sept.

gravitatis, tunc ejus, quod in partem contraria tendit, progressus erit negativus. His positis, ex lege virium absolutarum conservandarum fit (1)  $Axv + Byy = Axz + Bxz$ ; ex lege conservandae directionis, fit (2)  $Ax + By = Ax + Bz$ ; quae regula, certo tantum casu, coincidit cum regula conservandae quantitatis motus Cartesiana, cum scilicet ambo corpora tam ante, quam post concursum tendunt ad easdem partes, et adeo nullus ex progressibus v, x, y, z est quantitas negativa. Sed ecce iam tertiam legem non minus elegantem, quae hinc nascitur, ino ceteris simpliciore. Ut enim prima regula est trium dimensionum, et secunda durarum, ita tercia est dimensionis unius. Nempe (3)  $v - y = z - x$ . Quod sic ostendo: Ex aequatione (1) fit (4)  $Axv - Axz = Bxz - Byy$ , et ex aequatione (2) fit (5)  $Ax - Ax = Bz - By$ . Dividatur aequatio (4) per aequationem (5) proibit (6)  $v + x = y + z$ , vel (quod idem est) aequatio (3). Aequatio igitur (3) continet legem conservandae celeritatis respectivae ejusdem, sive sit appropinquationis, accessus ante concursum, sive recessus post concursum. Et quidem haec lex aliunde demonstrari potest, per vim scilicet elasticum concurrentium, quao concursu compressa se deinde restituant, adeoque tantum celeritatem respectivam in contraria vertunt, seu dispellunt ut compellebantur. Unde ex lege prima et ex tercia aliunde demonstrata vicissim ostendi potest lex secunda. Nam si aequationem (4) dividatur per aequationem (6) proibit aequatio (5) vel (2). Aliaque adhuc plura in his arcana satis mirabilia latent. Causa, ut corpora concurrentia simul eant post concursum, serratis viribus, facilius fingi, quam a natura praestari potest; absorbebitur scilicet pars in ipso retinaculo vel glutine; atque ita objectioni, quam Tibi ex casu facis, respondentum est.

Haec dubie cum Hugenio sentiendum est circa Centrum oscillationis, in quo nostra principia spectanti non potest esse difficultas; puto tamen et Centrum percussionis consentire ob causam dictam. Circa medium respective resistens, puto nos in re non pugnare, quia agnosco quod dixi, aequalibus temporum elementis fore celeritatem decrementum, ut celeritatem quadrata. Interim pergrat erunt meditationes tue, quas innuis de centro oscillationis, vel de resistencia respectiva, aliusque. Biu est, quod de nostris differentialibus apud me nihil attigisti; sed facile judico multa alia Tibi nunc agenda esse.

Mitto exemplum ejus, quod de Antidisenterico ex Gallico edi curavi. Quoniam Du. Medico vestro satis nota est herba Paraguay, inquire peto in specialia, tam de ejus usa, quam de modo obtinendi. Venalis est apud nos cortex Peruviana, sed plerunque sic satis suspectus, et non satis anterior notis de optimo respondens. Itaque si recente allati cognitae probitatis et virtutis copiam mediocrem nancisci possem, libenter preium persolverem. Quo loco res nunc sit apud Halenses circa Professionem Matheseos, non compri, inquiramus tamen. Non mediceretur doleo, neque hic neque in vicinia aperiusse sese locum apud pharmacopœum pro Du. fratre tuo, cuius notitia et vicinia mihi futura esset admodum grata.

His scriptis Tuis novissimas accepit. Gratias ago quod comunicas, quae Du. frater tuis ex Batavis didicit de exoticis, quorum mentionem feceram. Binæ libræ optimi corticis Peruviani mihi erunt gratissimæ, ut sed at manus cui fidi possit, si quid incidat. Premitum statim reddi curabo. Ipecacuanham putre multo minore pretio ex Gallia obtineri posse. Inquiram tamen de herba Paraguay: cura quo, ut circa usum efficaciamque accuriora discamus.

Dabam Hanoveræ 1<sup>o</sup> Martii 1696.

P. S. Accepi etiam Acta Februario proximi Lipsiensia, in quibus relationem de Libro Nieuwentiti, tamquam ad eum objecta responsemon reperio, quam prorsus proba.

In relatione ipsa notatum video non immerito, interesse Reipublicæ Literaræ discernimusque imprimit, ut consentiant Viri Docti in easdem notis. Quare velim sententiam tuam, an probes mecum adhiberi notam  $\int$  pro summis, ut adhibeatur nota d pro differentiis; item an approbes mean rationem exhibendi subinde divisionem per disc puncta, verbi gratia, ut  $a : b$  idem sit quod  $\frac{a}{b}$ , id enim praesertim in typis commodum est, ne linearum spatium amittatur. Et constat proportiones a nonnullis solere tali ratione exhiberi  $a : b :: c : d$ , cum revera res redeat ad quotientium aequalitatem, sufficit scribi meo more  $a:b = c:d$  seu  $\frac{a}{b} = \frac{c}{d}$ . Sunt et alia in notis fortasse utiliter observanda, de quibus alia occasione.

## XXVI.

Joh. Bernoulli an Leibniz.

Vellem tandem disceptationum nostrarum finem videre (quod et ipse huius dubie desiderabis) præseruit cum summam rei non spectent, in qua utique convenimus; sed ut Tibi cedam et discrepantes meas mittam, quae in aliquibus circumstantiis mihi super sunt, dispicendum nobis potius erit, qua ratione unitis viribus veritatem adeo claram ab Antagonistarum telis vindicare possimus, quamquam interim Te solum hujus veritatis primum detectorem eidem defendendas plus satis parem putem. Noli queso verba sincera ut ut imprudenti mihi elapsa, ita inique interpretari, quasi Te cuiusdam iniquitatis argum; absit hoc procedi; novi Tuam ingemitem, quam cum profunda Scientia et Eruditio conjunctam habes; optarem ut Tibi satis innotesceret, quanti Te aestimem, quam longe Te omnibus, qui Mathematici, Physici, Philosophi audire volunt, præferam; quam crebro unicum Leibnitium in ore habeam apud omnes, quibuscum quotidie conversari datur. Interim etiam num sententiam meam tuor, duas minima quantitates fluidorum aequivelocium incurrentium in duo corpora aequalia, illis inferre vires, quae sunt in ratione quantitatum fluidorum. Sed hic suppono quantitates fluidorum infinite parvas esse respectu corporum, in quae incurvare (uti revera supponi debet, hoc enim simili usus sum ad explicandum impulsum momentaneum materiae gravitiae, que utique quolibet tempuscum non nisi infinite parva sui portione in grave impingit) aequaliter fluida totam suam vim transferre in corpora, siquidem particulae fluidi ob continuo alias subsequentes post impulsum quiescere censenda sunt. Hac itaque ratione assertum meum non poterit in dubium vocari. Fluido enim A incurrente in corpus L, ipsique totam suam vim inferente, et fluido priori simili et aequivalenti B, incurrente in corpus M aequali corpori L, huic que pariter totam suam vim imprimente, erunt dubio procul vires productae in corporibus L et M (licet etiam L et M non essent aequalia) ut vires fluidorum ante impulsum, utpote ipsis aequalia, adeoque ut magnitudines fluidorum; quis enim dubitabit de eo, quod fluidorum homogeneorum et aequivelocium vires sint ut magnitudines eorum? cum hic evidens sit repetitio non modalitatis, sed

realitatis. Vides ergo exemplum Tuum corporum solidorum non infinite parvorum in alia corpora quiescentia incurvantur hoc non quadrare. Interim (ut huc obiter dicam) festinando errorum calculi admissoe hic videris. Dicis enim: si globus A, 1, celeritate 1, incurrat in globum L, 1, quiescentem, accipiet globus L celeritatem 1, hoc verissimum est; si vero globus B, 2, celeritate 1, incurrat in globum M, 1 quiescentem, accipiet globus M celeritatem 4: puto globum M acceptum esse celeritatem  $\frac{1}{2}$ , secundum regulas communicationis motus novo principi superstructas, quarum formulas in praecedentibus modo exhibui, quasque ex iisdem aequationibus elicibam, quas in ultimiis Tuis exprimis, compositis nempe legibus virium absolutarum et directionis conservandarum: ergo vires impressae ipsi M non multo plus, sed paulo minus quam du-

pla sunt earum quae impulsae sunt ipsi L.

An actio materiae gravilice per ictus discretos, an vero per pressum continuum explicari debet, amplius hanc disquiramus; sunt enim tantum diversi modi unam eademque rem contemplandi, qui si dextre adhibeantur, nullus dubito, quin idem concidunt. Sed inexpectatum mihi affers distinctionem inter ictum esse sequae fortē, et inter eandem in percusso produci potentiae quantitatē, quae duo, ut fatear, cedent putabam, considerando ictum fortiorum vel minus fortē tanquam perentientis effectum, qui est nequid quantitati potentiae producatur in percusso. Miror quod non jam diu hanc distinctionem proterius in responsione ad exemplum meum testudinis, ubi qualitatē ictus, quam nunc concedis, aperte satis negare videris. Sed quicquid sit, status controversiae nunc huc redit, an duo corpora aequalia, sive in motu, sive in quiete constituta et sequentes ictus recipientia recipient etiam aequalē vim vel potentiam. Tu id negas, ego vero, etiam ratio mihi contrarium dictitet, in suspense haec propter id ipsum quod negas; male enim impotens mihi ipsimet diffidere, quia a Te dissentire. Et propterea optarem meas difficultates a me non acciperes tanquam ab adversario, sed potius tanquam ab amico, qui quid ab adversario fieri possit, sincere monet. Hoc saltem explicitum mihi vellim, quid aequafortiter ferire sit aliud nisi eam demim imprimere, alias de ictu non habeo conceptum clarum atque distinctum.

Multum gaudeo, quod monitum meum ad Tuam aestimationem resistentiae absolute tam benigne exceperis; diu enim haesitabam, an e re esset talia a Te jam olim prolatā insinuare, veritus ne Tibi importune caderent eorum denso recordari. Unde vides me amore veritatis ductum interdum monere quaedam, de quorum licet eventu, an nimis grata sint futura, ipse dubitem.

Optime praevides elusiones Dni. Papini, ad quas in antecessum se preparare videtur, eo ipso quod verba Tua impetrative satis perverterit, mutando vim in motum, quasi nescires quale intersit discrimen, cum tamen in hoc praecepsis controversiae cardo versetur. Sic nec ego consulsum duco eum corrigeret et in meliorem viam redigere velle, cum oleum et operam perdituras essem, quam utilius collocabis, meo iudicio, si rem totam bona Republicae Literariae publice expones, non quidam sub forma responsionis, hoc enim Papinum silere non faceret, sed potius praemoneres Lectorem, Te traditum relationem historican totius controversie et simul explicacionis difficultatem hactenus propositaram, alias autem novas Te a nemise expectaturum, sed totum negotium ad judicium Lectoris remitterum, ne tempus Tibi adeo pretiosum ligando inutiliter pereat.

Me sane immergenter severa nimis censura perstringis, retinendo nescio qua indignatione objectionem adeo amice factam contra argumentum Tuum a priori, cum tamen ab initio objectio-  
nis diserte dixerim, eam non a me, sed ab adversario profiscisci putandum esse. Sed quid multum! Inventorum Tuorum sum praece, ubincunque datur occasio; quid ergo succenses, si ut eorumdem veritatis defensor esse possim, a Te difficultatum enodationem subinde peto, qua adversarii obvizum ire queam. Quidquid sit, si objections meae vel minimum offendant, impone mihi silentium, et compescam luxuriantem calamum, ne forte praecepitem sententiam ferat, quae me attentionis defectus reum faciat; dico forte, divinare enim non possum, an argumentatio quadam Tibi sit obiter elappa, an vero a pluribus amis considerata; sumus homines et erroribus obnoxii; si ergo in aestimanda resistentia absoluta et fortans in aliis paradigmatis Tibi excidere potuit, quidni et idem hic contingere potuisse. Sed ut video quod res est, exponam paucis causam, quae me fecit prendre le change; id quod credebam fuisse legitimam retorsionem. Sumebam terminos, virtualiter

et formaliter, alio sensu quam eo, quo nunc eos explicas et quidem non sine omni ratione: etenim per actionem virtualem intelligebam vim ipsam vel virtutem rei agentis, et hoc sensu praemissa mea secunda, quam negas, erit verissima: *Action faciens duplum, tempore duplo, est simila virtutis actionis facientis simplum, tempore simple.* id est, eadem vis vel virtus corporis requiritur ad percurrendum spatium duplum, tempore duplo, quae requiritur ad percurrendum spatium simplum, tempore simple: utroque enim in casu celeritatis corporis et proinde etiam potentia est eadem. Et per actionem formalem intelligebam effectum jam productum, ut via quedam manet semper ejusdem longitudinis, sive sit unica, sive sit unica sive duabus horis percursa; hocque sensu praemissa mea prima alterius retorsio eius erit etiam vera: *Action faciens duplum, tempore simple, est simila formaliter actionis facientis idem duplum, tempore duplo;* id est, spatium percursus intra minutum unum a corpore celeritatis dupla est aquale spatio percurso intra minuta duo a corpore celeritatis simple. Vide itaque me non ita locutum fuisse, ac si propositiones possent assumi pro arbitrio, sed omnia mature expendisse, antequam Tibi ea perscripsisem. Interim Tua responsio mihi nunc plene satisficit eoque prout acquiesco: video enim, quid duo isti termini Tibi significant. Ceterum argumentatio Tua mihi videtur elegantissima et publico non amplius invidenda; multum enim pondus tribuit argumentis a posteriori.

Quae de conservanda non solum virium motricum, sed et directionis quantitate, vel quod idem est (me divinas ait, quumvis non casa, sed industria ex pervenirem) de conservato semper progressu centri gravitatis habes, omnino mili placent. Et memorabile imprimis est, quod lex tercia conservandas celeritatis respectivas ejusdem seu ejusdem differentias celeritatum ante et post cursum, quae alias, uti bene notas, ex vi elastica concurrentibus ostendi potest, tam pulchre ex duabus precedentibus tantum corollarium fuit: qui consensus non parum confirmat principium conservationis quantitatis virium. Alias procul dubio arcana sub his latent. Putem ergo alias posse conditi leges quam plurimas, si loco divisionis adhibeamus multiplicacionem, multiplicando scilicet aequationem (1) per aequationem

(2) vel (3), ut quae provenit iterum per unam inferiorum, quod in infinitum continuari potest. Propositionem ex conservato progressu centri gravitatis decerpnam, quam Hugenius jure merito ex profunda meditatione ortam dixit, et quam ante aliquot annos Dario Parisino inseri curasti, mibi sine mora communicaverat Unus. Varignonius, cujus demonstrationem etiam tunc e vestigio inventeram. Sit enim (fig. 54) mobile A, tendens simul celeritatis et directionis AB, AC, AD, AE etc. et sit AF directio et celeritas mobilis A, qua tertiar ex motu composito: dico AF (producent) transituram per centrum communem gravitatis G punctorum B, C, D, E etc. et esse ad AG, ut numerus punctorum ad unitatem. Motus enim particulares BA, CA, DA, EA etc. intelligi possunt tantum compositi ex collateralibus Bβ et Bb, Cγ et Cc, Dδ et Dd, Eε et Ee etc.; quoniam itaque FAY est directio motus compositi, erunt celeritates affirmativaes sequentes celeritatibus negativa, id est, Bβ + Cγ etc. = Eε + Dδ etc. Ergo, ut patet ex Staticis, FAY est axis aequilibrium seu transit per centrum gravitatis punctorum B, C, D, E etc. Porro quia Bb, Cc, Dd, Ee etc. sunt paralleli AF, erunt celeritates partiales simul sumtas Rh + Cc + Dd + Ee etc. = celeritati compositae AF: est autem, si herum constat ex Staticis, Bb + Cc + Dd + Ee + etc. ad AG, ut numerus punctorum B, C, D, E etc. ad unitatem. Ergo etc. Q. E. D. Hinc ultra sequitur, si mobile A sit in ipso centro gravitatis G constitutum, et sollicitetur a potentia AB, AC, AD, AE etc. secundum directiones AB, AC, AD, AE etc. mobile A mansurum in quiete, cuius generalissimi theorematis illud tantum est causus specialis, quod apud Hugenium aliquo me legisse memini, nimis si corpus in centro gravitatis trianguli vel etiam pyramidis triangularis cujuscunq; constitutum tendatur a potentia secundum directiones linearum ab angulis ad centrum dictarum in earundemque ratione, corpus illud neutrorum motum iri et proinde quieturum. Ex hisce autem patet, non solum hic, sed in omnibus aliis centrum potentiarum (ut ita loquar) esse idem, quod centrum gravitatis. Hoc enim triangulo et pyramidie trianguli proprium est, quod coram centrum gravitatis sit etiam centrum gravitatis punctorum angularium.

Concedo resistencias mediū respective resistentis esse ut quadrata celeritatum mobilis, si per resistencias intelligantur decrementa celeritatum; sed si per resistencias intelligamus (quod meo

judicio etiam sic intelligendum est) decrements virium mobilis quovis tempusculo amissa, erunt circa omnem controversiam resistentiae ut cibi celeritatum.

Meditationes meae, ut vocas, de centro oscillationis non quidem sunt multas vel magni momenti; interim uno theoremate totam doctrinam pendulorum complecti possum, quod cum Hugenianis optime conspirat; neque considero centrum gravitatis, quod Hugenius aquiliter descendere et ascendere supposuit, sive corpora separatum sive conjunctum oscillentur, sed assumo novum. Tuum principium de conservatione ejusdem quantitatis virium, ex quo deinde principium Hugenianum tanquam consecutarium deducitur: Sit enim (fig. 55) pendulum HA, compositum ex quatuor gravibus A, B, C etc. perticis rigidas et nullius gravitatis HA affixa, et agitatum circa centrum H: queritur longitudi penduli simplicis et isochroni HG. Ponantur distantes gravium penduli compositi AH, BH, CH etc. aequales a, b, c etc. et distanti penduli simplicis GH = x. Postquam nunc pendulum descendit, quantum descendere potest, nempe in situ verticalem, erunt celeritates punctorum A, B, C etc. G, ut a, b, c etc. x: ergo quantitas virium gravium A, B, C etc. erit Aaa + Bbb + Ccc etc. Consideramus jam corpora A, B, C etc., non amplius perticas affixa, sed quodlibet in sua distanti separatione oscillori circa H, erunt per naturam gravium descendantium jam notam et receptam, celeritates gravium A, B, C etc. quando in situ verticalem venerint,  $\sqrt{a}x$ ,  $\sqrt{b}x$ ,  $\sqrt{c}x$  etc. suppono enim celeritatem puncti G esse x. Ergo hoc modo quantitas virium gravium A, B, C etc. erit Aax + Bbx + Ccx + etc. Quoniam autem utroque modo suppono eadem virium quantitatibus esse, erit Aaa + Bbb + Ccc + etc. = Aax + Bbx + Ccx + etc.: ei prouinde x =  $\frac{Aaa + Bbb + Ccc + etc.}{Aa + Bb + Cc + etc.}$

Atque haec nunc est propositio fundamentalis, quam Hugenius in suo Tractatu pag. 160 operose admodum et per deductionem ad absurdum justo majoris minoris ascensu centri gravitatis (quod ego ne considero quidem) demonstravit. Ex qua omnia caetera theorematem Hugeniana facilissime elicuntur, adeo ut etiam hinc veritas novi principii patescat, quia cum Hugeniano tam mirifice convenit. Liquet etiam ex hac aequatione centrum oscillationis illud ipsum esse, quod vulgo statuitur percussionis.

Hoc mediocriter Tibi sum obstrictus, quod Dno. Menckem

integritatem meam tuo testimonio comprobata reddere volueris. Paucis abhinc diebus Acta Eruditorum, inter quae etiam mensem Decembr. superioris anni accepi; non possum non magnopere mirari Fratris mei annum aro nimis livore contra me etiamnum obsecrum; credebam equidem discessum meum omnino expiassse et propterea statim sub adventum meum hinc ad illum scripsi quam humanissime, ut eo facilius cum illo in gratiam redirem, sed nondum respondit et nunquam illum responsorum puto: quin potius contrarium nunc video; an nondum in illo mense legisti, quem acriter nescio qui simulatae et aemulatione agitatus contra me scriperit, quam abjecte de me loquatur? Utique non dignabor illum responsive, ut Tuue et Dni. Menckem admonitioni locum dem: quid enim responderem ad cavillationes, ad rugas, ad ineptias insulssimas quibus totum ejus schedismata scatet. Interim mihi pergratum foret, si data occasione Tu ipse meam causam suspiceres et oblique insinuares, quod de fratre et quod de me Tibi constat, ut Lectores cernuerent, quid de utriusque animo sentendum, et ab illius ineptis non statim preveniuntur. Quid quoquo querit p. 546 cum historiola sua? Quid per illam Lectori seruir aut metitur? Vel qua necessitate et occasione adducit eam? nisi forte ut sum in resoluendis problematicis proutitudinem mirum quantum extollat, me vero quantum possit deprimit. Interim si dicendum quod res est (Dno. Hospitalius mihi testis erit) aequalitatem  $a+d+d = d^2$ , ad quam pervenerat, non potuit resolvere et ad finem producere, utit per annum vel plus ipsi inhaeserit, cen ex literis ejus ostendere possum, donec iliam mihi tunc Parisi communiciat (ut nempe constructionem ejus tentarem) e vestigio resolvisset et viduisse, curvam hujus aequationis eandem esse cum catenaria. Quam solutionem eam fratri remissimus (non obstante quod D. Hospitalius mihi suaderet, eam paulisper tegere, et illi tantum significare me solutionis fuisse compotem, ut viderem an illam etiam repererit) mox rescripsit, se etiam ante acceptas mox literas incidisse in curva catenaria, quam inventionem tanquam suam protinus Lipsiam misit. Nusc Tibi judicandum relinquo, an verisimile sit, fratrem praecise ex tempore quo literas hinc inde curreban praestitisse, quod antea per totum annum praestare non poterat; anno potius sit probabile, mean solutionem sibi arrogando plagiis commisso. Sed vide hominis impudentiam in aliis: pag. 540 dicit: quin immo generalis est natura condescryptarum, ut ipsarum

vel aggregatum vel differentia ad arcum circuli reduci possit, quod etiam fratri observatum video; numquid ut ejus verbis utar, haec sunt ova post prandium; quasi illi hanc condescryptarum proprietatem tanquam aliquid obvium et quod publicari non meretur, dixi ante me observaverit, dum dicit quod etiam fratri observatum video. Quid sibi hic vult rō etiam? Tantum non post me; sic est, invideat mihi inventi gloriam, dum tam dolose retinet, quod sub discussum meum hanc condescryptarum natum a me didicerit, quae alias nunquam sibi in mentem venisset. Quod si utile hoc inventum sondum publicasse, non dubito quin se ejus primum auctorem dixisset, et longe pomposioribus verbis praestantiam depradicasset, quemadmodum idem fecit cum suis formulis pro invenienda longitudine radii circuiti osculatoris, quas tamen nemo non mediocriter in nostris versatis faciliter eliceret potest. Nunc autem cum iam a me publicationem extet, vix dignum censem, ut obiter et vix tribus verbis de illo tanquam jam pridem sibi cognito loquatur, cum tamen et Tibi et Dn. Tschirnhausius multum placuisse ex Actis videm. Haec omnia condonari possent fratri, si modo pag. 559 omnes modestiae leges non transgredieretur et malitiosissimum impudentiam indueret. Ecce quam rustice simili et jument me iudat! Non puto ex face plebis homines incompitos agere posse; quid indicetus dici putuisse quam me ova post prandium apponere? O insipida ova! Ac si aliquid novi esset quod solitus prior tempore quam ali, tardius tamen lucem videat. Interim, cave, putidum hoc proverbiū etiam in Te quadrabit, si per illud intelligat, se primum dedisse solutionem problematica isochroni ope sue elasticæ sibi soli tantopere laudatae, et proinde se ova ante prandium apposuisse; Tua enim solutio erat etiam posterior. Sin autem velit dicere id se pecularia ante me fecisse, quod curvam isochronam per rectificationem curve algebraicæ construam ante me in Actis publicarit, tunc ipse non minus ova post prandium apponit. Nam constructio Tua per curvam algebraicam omnium prima in Actis prodit. Nunc Tibi rem gestam una cum causa, car mea soluto uno mente tardius, quam secunda solutio fraterna in Actis apparuerit, narrabo, ex quibus nequitum fratris mei nunquam satis miraberis. Cum primam ejus solutionem curve isochrona que m. Junio 1694 inserta est, ibidem praeter expectationem reperiresem (nesciebam enim ante, quod de hoc problemate quicquam Lipsiam misisset) non nego, occasionem illa

dedit mihi, sicuti et haud dubie Tibi, querendi etiam constructionem naturaliorem et quae perageretur ope rectificationis curves algebraicæ, non autem transcendentis illæs fraternæ, quæ ipsa constructa difficilima erat et supponebat quadraturas spatii. Quid multum? meditor, calculo, in mentem revo co quae olim super hac materia mihi obveniebant; uno verbo intra unius horæ spatium plenarium solutionem invenio et plus quam antea sperabam, nam non solum detexi modum construendi isochronas per extensionem curve algebraicæ, sed ipsam etiam ejus elasticam ad extensionem ellipticæ et ejusdem curve algebraicæ reduxi, quod frater non nisi per operosam quadraturam fecerat. Ab eo momento constitui novam hanc solutionem in Actis publicare, sed quid accidit? Aperio meum inventum cùdum amico significans ipsi, me reperisse solutionem curvarum isochronarum et elasticarum mediante extensione communis curves algebraicæ, amicus iste paulo post fratrem in aedibus suis conveniens eidem omnia innocenter refert, quae super hac re sibi dixeram: frater, his vix cito sat percepis, se problemati de novo applicat et tandem genuinam solutionem eruit. Dum ego omnium horum ignarus solutionem uscun lente scriptis mandassem, dum scriptam affini meo qui iter meditationis in Germaniam et primum ad mundinas Francofortenses per tres septimanas ibi commorandum proficiscerabatur, tradebam Lipsiam deportandam; frater ut collide me præveniret, quantum potuit festinavit et novam solutionem per corsorem publicum Lipsiam misit. Hinc quid mirum? Fraternum schediasma quod tardius Basilea emissum, citius Lipsiam appulit, meum vero citius profectum tardius pervenit. Certe si Dn. Menckensis vellet horum recordari et in literas nostras inquirere, videret meas literas retiustiores esse meisque proin verbis facile fidem haberet. Sed prolixum nimis foret Tibi molestum, si omnes technas, omnia artificia vellem recensere, quibus uitior ad nocendum mihi meaque famae. Vides ipse salis, nihil a mordaci suo dente intactum reliquerunt quod a me in lucem es editum. Nunc hoc, nunc illud non placet, dicit meum methodum construendi aequationes differentiales sine separatione indeterminatarum nihil valere et nullus usus esse, nihilque ibi me habere, quod non antea a Te fuerit praestitum; ac si nihil sit novi, quod ibi ostendi, omnes curvas etiam transcendentes quae eidem aequationi differentiali satisfaciant, habere certa quedam puncta ut flexus contrarios, quae semper sunt

in curva algebraica. Ne quidem innocua mea series universalis pro quadraturis et rectificationibus quae Tibi tantopere placuit, impune abiit: dicit p. 551: Sed nec series, alias satis inge-  
niosa (quam coacte!) quam nobis dedit, hic in usum  
verti potest: quod tenendum, ne quis existimet haec  
adeo universalis esse, ut nihil amplius desiderari  
possit. Quis, obsecro, venditari hanc seriem pro separandis  
indeterminatis in aequatione differentiali? Qualis affinitas inter se-  
parationem istam et inter quadraturam et rectificationes, pro quo-  
bus solis illam excoxitavi, quauis interdum etiam commode ad  
alia possit applicari; proponat nunc mihi exemplum quadrandi spatii  
vel rectificandae curvae, sive indeterminatae in aequatione differ-  
entiali sint separatae sive non separatae, ubi series ista non suc-  
cedat. Certo si unquaque generale quid inventum sit, poterit haec  
mea series nomen generalitatis summo jure obtinere. Sed caetera  
transeo petoque veniam mearum querelarum, quas quia id publice  
facere veretur, prohibet, Tibi, homini candido, exponere ausus  
sum, iterum rogans ut si quid commode fieri possit, mei quoniam  
defensionem suspiciens, ne forte qui istas rugas legunt, se-  
quiori mea capient opinionem. Interim Tu prudenter consilio  
omnia relinquo, optime ipse perspicies qua ratione id commodi-  
sime fieri possit.

Gratis ago pro communicatione descriptionis antidysenterici.  
Præterita septima accepi pro Te tres libras corticis Peruviana: in-  
dica viam: quia illas optimè Tibi transmittere possim. Nunc phar-  
macopœia Amstelodamensis offert Ipecacuanham pro longe villori  
pretio, nempe 80 a 90 flor. Holl. De usu ejus, ut et herbas Par-  
aguay, et modo obtinendi, nihil sibi immotescere dicit: curabo tamen ut id alium dicam. Noster Professor Medicinae Præfice  
asservat, se in se ipsa periculum fecisse herbas Paraguay assumendo illam satis magna dosi, sed se nihil plane virtutis emetica  
persensisse, nec etiam alium vel minimum effectum habuisse.

Jam olim Tibi aperi mihi placere, ut adhuc beatur  $\int$   
summis et me impostorum eodem signo usurrum; quod adest in  
responsione ad objectionem Nieuwentiiti vocabulum integralis  
etiamnum usurpaverimus, id ideo factum est, quia ipsis verbis,  
quibus Nieuwentiit objiciebat, ego respondere volebam. Interim

non inconsultum mihi videtur, si Lectores admonerentur, idem in-  
telligendum esse per summam vel  $\int$ , quod nos antehac per In-  
tegrale vel I denotare volumus, quandoquidem haec expressio  
jam passim invalidit. Pariter Tu ratio exhibendi divisionem per  
duo puncta commodissima mihi videtur, sed ipsi assuescere diffi-  
cile erit, ita ut illi qui vulgariter divisioni assueta sunt, vix uno in-  
tuitu dividendum et divisorum distinguere possint; praesertim quando  
$$\text{fractio fractionis occurrit, ut si pro } \frac{a+\frac{b}{c}}{e-\frac{f}{g}} \text{ scribatur } a+b:c : e-f:g;$$

non statim patet quid et per quod sit dividendum, praeterquam  
quod variae lineales superscriptae non minus impedimentum pa-  
riunt in typis.

Nuper novi nostri Gubernatoris Principis Nassovii Informator  
mihi misit Actorum Lips. an. 1690, 1693 et 1694, quos coenit in  
actione Librorum Hugueni; inventio ibi varias notas criticas breves  
quas Henogenus ad marginem plumbagine scriptis, plerasque super  
ea que Tu, Dominus Tschirnhaus, Frater et ego publicavimus;  
nec Tibi nec nobis peperit, praesertim Fratris multa ipsi displi-  
cent. Si curiosus es, ea quae Te concernunt, Tibi transcriptum.  
Carabæ ut etiam caeteris ambi potiar, ut quid de aliis senserit  
videam. Interim vale quam optime et ama ut soles etc.

Groningæ 7 April. 1690.

Nudus tertius accepi literas a D. Marchionne Hospitalio, ex  
quibus cum a morto gravi restitutum intelligo. Dicas mihi, queso,  
an frater Tibi nondum scripserit, quemadmodum promiserat cum  
adhuc Basiliense esse. Frater meu junior hinc discessit abituras  
in Galliam, ubi Marchionem aliasque quos ibi habens Patronos et  
amicos, salutant copiam habebit. Si quid per eum factum cupias,  
fac ut ocyus resuscicam, ut id per literas ei significare possim,  
quando Luteine fuerit. Non dubito quin ibi aliquandiu commorar-  
turus sit, si stationem inventia in Laboratorio Chymico quod ad  
Academiam Scientiarum pertinet, ubi strenue in Chymicis labora-  
tur; in hunc finem accepit a me literas commendatitias.

## XXVII.

## Leibniz an Joh. Bernoulli.

Nolim putes disceptationes nostras mibi ingratas esse, dummodo illustrandae confirmandaeque veritati serviant, quod vix est ut fieri non possit inter studiosos veritatis et in ea inquirenda exercitatos. Quod verha attinet, elabi interdum calore scribendi noue exquisite tornata.

Scimus, et hanc veniam petimusque damusque vicissim. Neque ergo de Tuo erga me affectu dubitavi, et nolim vicissim admonitionculum illam ab indignatione potius (quae nulla fuit) quam ab amico animo profectam putes, quod quedam leviore tractata arbitrari, quam merentur, aut veritatis interesset.

Spero controversiam inter nos de origine potentiae gravibus impressae pan facilius componi posse, postquam expressa Tua verba me tandem docerunt, in quo consistat dissensus. Nempe statuis particulam fluidi gravilici totam suam vim imprimere in grave; quod si ita esset, fateor quemvis ictuum gravi aequalem (cetera) potentiam gravis esse additurum. Sed ego puto particulam materiae gravilicet impactam omnino reperi, nec alias sequentes particulas id impedit. Nam non sequuntur, nisi ex intervallis, et si immediate sequentur, unum continuum percutiens componerent, de quo rursus idem posset dici, nempe totam potentiam suam non transferre. Et vero si particulas percutientes darent totam suum potentiam, sequeretur non celeritatem, sed potentiam gravis crescere uniformiter, cum numerus ictuum sit temporis proportionalis.

Ceterum hanc rationem de translatione totius potentiae (quantum meum) in prioribus non allegaras, et ita ni fallor ratiocinationem jam mutasti. Porro si globus B, 2, celeritate 1 incurrit in globum M, 1, quiescentem, omnium est ut scribis, sequere globum M celeritatem  $\frac{1}{2}$ , et negligentia quadam omisi divisionem per 3, quam calculus dabit.

Verissimum puto, etiam si ictus sint arce forte, non tamen ideo sequi potentiam eadem imprimi recipienti, quia ictus vis aestimanda est, non tantum ab eo quod contingit in percussione, sed etiam simul ab eo quod fit a percussione. Interim puto hic nobis magis in loquendi modo, quam rebus dissensum fuisse, negue in

isto situm esse controversiae statum, sed potius in iis, quae paulo ante dixi.

Utrum adhuc reciprocanda sit cum Dno. Papino serra, intelligam ex effectu novissimarum mearum apud ipsum literarum. Publice cum ipso litigie adhuc minus opere premitur erit. Quem literas privatas non movent, is multo minus publice manus dabat. Itaque satis erit rem ipsam suo tempore exponi.

Spero Te, qua es sinceritate, ingenuo agnoscere, fuisse mihi causam mirandi, quod circa rō formaliter et virtualiter tam a meo sensu abhorrentia dixeras; ea enim, quam indicas, interpretatio nonquam mihi venerat in mentem, nec potuisse adhibere ad scopum meum, nisi manifeste ineptiendo. Sed bene est quod ego Tibi satisfici, et Tu mihi jus reddis. Quid videtur Tibi de altera ejusdem propositionis demonstratione? Quae puto magis est ad formam receptam, eti ambe convenient in radice. Maximi mihi conclusio ipsa momenti visa est, quia hinc magnam patet arcana Divinae Sapientiae, et corrigitur sententia Cartesii, similius secundum, quem sibi prospicerat, oblinetur. Nam revera servatur eadem quantitas actionis motricis in mundo, si quantitas illa aestimetur ut oportet. Unde et revera dici posset eadem quantitatem motionis servari, nisi sensus hujus phrasis vulgaris, quae celeritate in mole ducta motionem aestimat, iam esset receptus. Quantitas autem actionis motricis ex hac mea demonstratione duplice conficitur esse in ratione composita ex simplice motis et duplicitate velocitatis. Itaque jam a priori constat, Deum non fore facturum ex legibus perfectas Sapientiae, si ex Cartesianorum sententiis eandem quantitatem motus, ut ab ipsis intelligitur, conservaret; ita enim ipsa ratione revera non foret aquabilis.

Hanc dubie non casu, sed ingenio acri divinasti vel potius penetrasti, coincidere centri gravitatis aequabilem progressum et conservationem directionis. Demonstratio etiam Tua regulae meae de compositione motuum omnino consentit cum ea, quam innuit in ipso Diario, cum ederem.

Pulcherrime ostendis ex principio nostro, velut ictu, condici propositionem Hugenii fundamentalē de pendulis; ita alterum alterius testimonio confirmatur et illustratur.

Laudabiliter facis, quod moderationem erga Da. Fratrem ostenderes decrevisti. Libenter aliquando, data occasione, testimonium

(quo non indiges) dabo, secundum meam de candore Tuo et circa ea ipsa, de quibus inter vos lis est meritis, sententiam. Quidni enim Tu ex merito laudari possis, nullo ipsis detimento, immo potius cum ipsis honore, cum ipse Te primum ad haec studia formaverit?

Dmns. Nieuwenhilt voluit replicationem ad responsionem meas mittere Lipsiam in Actis Eruditorum edendam; sed cum constaret illi nescio quot plagiis, Dmns. Menckemius id declinavit, excerpta tamen inserere oblitus. Scripti illi admoneendum videri, ut etiam Tibi respondent eadem opera, quo inanis repetitiones eventur; quin immo, ne frustre publico obstrepatur, recte meo iudicio facturum, si Tibi vicino scrupulis suis per literas comunicetur. Nam non video, quid ejus methodus peculiaris, quam laudat, praestare posset, cum pars sit ex nostris descripta; pars ex iis non intellectis enata.

In notandis calculis ad usum typorum decrevi pro linea vinclorum imposterum uti commatibus directis atque inversis in via parenthesium: ita non interrupetur typorum series nec spatium amittetur, et tamen omnia (ti fallor) accurate habebuntur. Velim tamen prius Tuam audire sententiam. Exempli causa, Tuus

$$\frac{a+b}{c-f}, \text{ quod quinque typorum lineas minimum postulat, sic potest}$$

erit scribi:  $a+b:c:e:f:g$ ; possent tamen inversa commata omitti, scribique  $a+b:c:, :e-f:g$ ; quod et facere solo et communiter sufficere potest. Sed tamen designatione quasi parenthetica per commata includentia est absolutor tutius interdum; præsertim si pro commatibus adhibeantur verae parentheses, ne commata inversa confundantur cum littera c. exempli gratia in eodem casu ista stabit  $(a+(b:c)):(e-(f:g))$ .

Pergratum fuit, quod nuntiis de notatis Domini Hageni marginibus in Acta Eruditorum. Rogo ut omnia describi cures, sive me sive alios concernant, milique communiques, libenter expansas reddam. Initio parum favebat methodus nostris, quod fructum earum, sua amicorum experientia, nondum didicisset, quod nec in suis ad me prioribus dissimilavit; sed postea rectius doceri coepit, et cum in literis privatis, tunc in schediastmate quodam inter Acta Lipsiensia publicato, candidè pronuntiavit, quod res

est. Non dubito tamen, quis quaedam ab ipso recte admoneantur. In scheda De Resistentia error quidam ex festinatione admisus erat circa quandum propositionem; hunc cum in aliqua epistola ad ipsum, data occasione emendasssem, respondit sese idem pene totidem verbis, ibi ad marginem Actorum notasse.

Gratias ago pro cortice redento: rogo indicari pretium, ut reddi curem. Fasciculus multo inscriptus poterit transmitti ad Dn. Gerardum Moierum, celebrem apud Brevenses Theologum, amicum meum; unde facile postea accepero. Herbam Paraguay que apud amicum Tuum nihil effect, suspicor genuinam non fuisse. Eaque res imprimit deterret a talibus redimendis. Unde et medius Ipecacuanham probatum ex Gallia nancisci licet, inque his poterimus Dni. Fratris Tui favore uti. Te commendante, per quem fortasse et alia egregia resuscitere licet, quanquam in Chymicis non multum sit Gallis tribuendum. Itaque ipse admoneendum est, ne ruris sit facilis in suis ostendendis, cum enim religio obstat, ne stabile quid in Gallia sperare possit. Enchiridibus potius sese commendabili, quam arcans, nisi alia pro illis accipiat. Sed hec Tibi in aurem. Caeterum cum tot amicos egregios illic habeas, me non indiget; si quid tamen sit, in quo inservire possim, faxo ut semper intelligat, quanti vos faciam. Vale etc.

Baham Hanoverie 15 Maii 1696 (ex itinere reversus).

## XXVIII.

Joh. Bernoulli an Leibniz.

Nostra Controversia omnino naturam referre videtur duarum linearum asymptotorum, quae quidem magis ad magis convergent, nunquam tamen coincidunt: sic discrepantes nostrae opiniones, tracti temporis, continuo sibi invicem propius accedunt, ut nunc parum distare et imposterum minus distinctora videantur, ita tamen ut nunquam non aliquid scrupuli inter se reficiantur sint; sed præstat continuacionem asymptoticae nostrae iti præscindere, quam in infinitum disputando diminuire, sed nunquam admere differentiam, quae jam fere insensibilis est. In hunc finem historicæ tantum (minime vero ut objiciam) modum proponam, quo particula fluidi

gravifici totam suam vim (cum nostram disputationem ad exiguum hanc particularum nunc redactiam esse ipse agnoscas) gravi imprimere concepi possit. Hanc enim translatioinem totius potentiae, quam in penultimis meis me non allegasse adeoque in ultimis ratiocinationem mutasse dicis, semper immure volui, et sic verba, non autem ratiocinationem mutavi. Utique Tecum puto, particularum illam reperiunt, si statutus postvenientes non nisi ex intervallis sequi, et illam quae nunc impingit, simulac impingit libere et sine ullo impedimento residre posse. Verum considera, si places; annos anfractus et similitates pororum corporis gravis possint esse in causa, ut particulae materiae gravificae possint impulsum, non ita facile corpus penetrare et ab eo separari queat, quin potius aliquantisper in puro quasi intrusa et initia manere cogatur adeoque tota ejus via a corpore absorbeatur. Quid si testimoniis exemplum iterum proferam? recipit sene totam vim globi a scelopeto ipsi impediti, si tempore post ictum in carne ipsum haeret nec absrumpit evadit; atque hac ratione non video, quale discrimen inter sit, sive testudo moveatur sive quiescat; utrovis enim casu exhaustit totam vim globi, nisi dicatur aliquam ejus partem imperiis materiae ambienti, quam autem hic excludo, supponendo motum illum in vacuo fieri. Praeterea ut ad rem nostram redeamus, materiae gravifica cum sit subtilissima et omnia sint plena, prout dubius unum quid continuum constituit, in tantum ut ejus particulae, non ex intervallis, sed immediate sequi debeat. Demus vero et hoc, materiam gravificam non esse continuum quid, saltem ejus particulae erunt aequaliter disseminatae, adeoque si non agat per continuam pressionem, erit tamen numerus ictuum, non temporis, sed spatio proportionalis. Et hoc est quod hactenus impedit, quoniam hinc opinioni assensum dederis, quia credis cum Galileo omnino necesse esse, ut numerus ictuum sit tempori proportionalis; si hoc esset, et ipse fatiger meam opinionem non posse subsistere, quia tunc corporis celeritates non crescent uniformiter secundum tempora. Sed juniosem videlis, quam putchre haec uniformitas ex ipsa mea hypothese, quae Galilaei omnino est contraria, sequatur. Quia in re idem fere mihi contingit quod olim Fermatius contra Cartesium de refractionibus disputavit, qui per rationem, utrius Cartesiana directe oppositam, ad easdem tamen a Cartesio stabiles refractiones leges pervenerat. Ostendo itaque I. quomodo concepi possit, particularum materiae gravificae totam

suum vim transferre in grave; 2. quod numerus ictuum sit in ratione spatiorum, id est, quod grave ascendens vel descendens recipiat ictus, eodem tempuscule, proportione celeritatis (sunt enim spatiali percursa eodem tempuscule ut celeritates). Uniformitatem seu aquitatem accretionis celeritatum secundum tempora sic demonstro. Esto (fig. 56) altitudo descensus AB, quae dividatur in partes aequales Aa, ab, bc etc. erunt per Lemma 2<sup>am</sup> numeri ictuum per Aa, ab, bc etc. etiam aequales. Atqui per Lemma 1<sup>m</sup> grave recipit totam vim particularum gravificarum; ergo augmenta virium gravis in singulis punctis a, b, c etc. successive existentis sunt aequalia, id est, si a, b, c, d, e etc. denotent vires acquisitas, erunt a.e., if, lg, mh etc. elementa aequalia, et proinde AG est linea recta. Nunc, quia Tecum mihi res est, suppono principium tantum a priori demonstratum, vires acquisitas esse in ratione duplicitate celeritatum. Applicentur itaque a.a, b.b, c.c etc. quarum quadrata sint ut a.e, b.f, c.g etc. seu ut Aa, Ab, Ac etc. denotantur a.a, b.b, c.c etc. celeritates acquisitas. Est autem, ut patet, curva Aαβ<sup>2</sup> parabola. Ex quo sequitur etiam illum curvam, cuius applicatae denotant tempora impensa, esse parabolam, adeoque celeritates esse ut tempora seu crescere aquilibiter secundum tempora, id est, tempuscule aequali aequali addi celeritatis gradum. Q. E. D. Meam nunc opinionem clare exposuisse sufficit; si eam pro vera non agnoscere velis, per me licet. Tibi nullam inde movebo literam; vides saltem, quod omnino consentiat cum legibus descensuum a Galileo stabilitis. Ex eo enim quod posui, totam vim particularum gravificarum transfigri in grave et numerum ictuum esse ut celeritates eodem tempuscule, idem sequitur scilicet acceleratio uniformis, quae deducitur supponendo vim particularum non totam transfigri, et numerum ictuum esse ut ipsa tempuscule; adeo ut nequam videam, cur natura hac potius agendi via utatur, quam vero illa. Et sane nescio amon probabilius sit dicere, materiam gravificam continuo exercere vim suum in grave; ubique enim grave cadendo existat, ibi offendit particulam, cuius vim recipit. E contrario quidquid faciam, non possum concipere, qui fieri possit ut materia gravifica singulis tantum momentis ictum faciat. Quid queso facti inter duo proxima momenta? osculatory? Cessatne agere? Annos ubique et semper praesens est et praesto ad removendum obstaculum, quandoconque motui suo celerrimo occurrit? Quid clariss, quam quod positiva causa, penitus effectus?

Cum ergo materia gravifica continuo sit in actione, non interruptum nec per intervallo temporis (comme font les houfées de vent), quid impedit quoniam grave eam actionem semper et ubique persentiscat (si sentire potest). Ignoscere prolixo mihi, non credetiam tot de hoc verba facere; quia autem ab initio declaravi me meum opinionem, vel si mavis, meum explicandi modum circa originem potentiae gravibus impressae simpliciter expositum, ut postea alterationibus supersedere possumus, non agere feres, quod forte longius a calamo scripturient abruptus fuerim, quam fecisset si inter scribendum (uti decebat) patientiae Tuae rationem habuisse.

Antequam banc materiam omnino deseram, dissimilare non possum, quod quo attentius haciem dicta considero, ex magis in mea opinione confirmor. Communis, hoc ipso instanti, mihi incidit simile: Concpio aliquod medium instrumentum infinitis spiris elasticis vel aliis elasticis aequaliter fortibus acquisiter disseminatum, vel (quod praestat) immediate iuxta se positus; ista elastra tali artificia tensa suppono, ut ad appudum alicuius corporis a retinaculo liberta subito resilient simulque sim sua elasticitatis integrum corpori appellent tribuant, quod facile concipi potest, si modo statutus elastrum incomparabiliter celerius restituat, quam corpus moveretur. Nunc in isto medio concipio corpus aliquod a minima vi qua nempe pollet unum elastrum moveri incipere; sic retenta vi primi elastri progreendi offensit medium, cuius vim pariter recipit: postea retentis duobus virium gradibus, progressus suo accipit tertium, tunc quartum, quintum, sextum etc. et quidem hi gradus virium ex aequali intervalllo non tempusculorum, sed spatiolorum supercedunt: Dico hoc corpus in isto medio nihilominus secundum tempora uniformiter acceleri, id est, ea lege, qua Galilaeus grave cadendo accelerari asseruit; et quod ex demonstratione superiori luculenter appareat. In tantum ut si nolis materiam gravificam justa mea explicatione operari, tamen dicere tenearis, illam ita operari possibile esse, salva mente uniformitate accelerationis per tempora aequalia, nullamque rationem apparere, cur communis explicandi modus, qui et Tuus est, alteri meo sit praeferendas. cum satis supra ostenderim, quo modo fieri possit, ut particula materiae gravificae totam suam vim transferat in grave; et contra quam magnae incongruitates se prodant, statuendo ictus procedere secundum tempuscula. Sed haec Tuae attentioni commando; forsitan ex ipsis aliquid utilitatis capies, praeferimus postquam mentem prae-

occupatam habemus, quasi mea opinio opinioni ubique recepta de uniformitate accelerationis e diametro opposita fuisset, cum tamen illam iniurice confirmaret; postquam, inquam, hunc praeconcepitam mentem extinxeris, quae forte fecit, ut meas rationes hucusque allatas nunquam serio perpendisses.

De ictus quantitate nihil amplius urgebo, quia jam nihil facit ad controversias. Nondum tamen clare patet, quomodo eus vis aestimanda sit, si, ut innisi, impressio potentiae non sit proportionalis ictui. Memini me, apud Ignatium Gastonem Pardies in discurso De motu locali legisse, quod ex ictus quantitate regulas motus deducere conatur, ex principio quodam, quod mihi fabissimum videtur, scilicet ex indifferenti corporis ad motum et ad quietem; quia posita corpus maximum quiescere a minimis incuriente celeritate non immunita acripi sequitur. Hanc indifferientiam, cui Te olim etiam adductum fuisse ex Actis superioris anni pag. 151 video, ipse ibidem explosis, ubi non male corporibus inertis, seu ad motum resistentibus tribuis. Hoc autem non nisi incidenter inmure volui: principium illud est, quod Pardies in eodem discursu jam animadvergit contra Cartesianos, non semper eandem quantitatem motus absolutum conservari, quod etiam ostendit ex incurso obliquo globorum; interim veram quantitatem motionis non determinat, nec dicit illam haberi ex ductu moysi in quadratum velocitatis.

Altera Tua demonstratio propositionis de ratione actionum motricium, quam in prioribus allegasti, ingeniose pariter ac prior et, ut dicas, magis ad formam exegitata mihi videtur, quamvis in fundo rei ambe concident. Nihil enim certius est, quam quod actiones motrices debent mensurari per effectus suis immediatos; si itaque longitudines percursae et velocitates (nisi quis obstinate vellet velocitatem potius esse causam) sint effectus actionis immediatis, et quidem soli, quorum unus ab altero non dependet vel in altero non includitur (secus ita ratiocinari non licet, ex eo enim quod duas libras auri occupant spatium duplo magis quam una libra auri, et insuper duas libras sunt duplo plures quam una libra, non ideo sequitur duas istas libras fore quadruplo seu bis duplo graviores quam unam libram, quia una ratio dupla in altera jam includitur, seu positiva una, positur et altera) erunt actiones motrices necessariae in ratione composita longitudinum et velocitatum adeoque temporibus aequalibus in duplicitate velocitatum. Ceterum egregie admodum in hisdem prioribus Tuis ostendis, inter

haec duo: A facere duplum, tempore simple, itemque C facere simpulum, tempore simple, cadere medium minus priore et magis posteriore, scilicet B facere duplum tempore duplo. Fatoe B manifeste (ex natura repetitionis perfecta) esse duplum ipsius C, et proinde demonstrative sequi. A esse plus quam duplum ipsius C: sed tamen ex eo nondum sequitur illud praeceps quadruplo magis esse hoc, pruisquam demonstratum sit A esse duplum ipsius B: et hoc, meo iudicio, demonstratu non ita facile est, etenim inter facere duplum, tempore simple, et inter facere duplum, tempore duplo, talis repetitio non percipitur; quin immo videtur primo intuitu illud hujus quadruplum esse; si eniam A, tempore simple, idem facit quod B, tempore duplo, oportet ut A, si duplo velocius quam B adcoepit illius potentia quadruplicata ipsius C. Vides exinde haec non ita procedere, quasi nullum amplius meritorum elucidationem.

In maximo indigo Tuo testimonio in re, quae me non mediocriter angit, agitur enim de honore meo, qui<sup>eo</sup> magis pericitatur, quod a fratre ipso, o nefas! impetrat. Si omnibus aequaliter ac Tibi perspecta esset innocencia mea et mordax fratris aemulatio, haud dubie Tuum testimonium non implorarem, nec magis me moverent epis insultus, quam canum latratus.

Tametsi replicationem Dn. Nieuwentij non viderim, argui tam in illo aut obstinationem aut indecisisatem, eo quid etiamnum in scripto nodum querat; utruvis sit, ejus commercium literariorum, quod ipsi mecum insundum suassisti, nihil non arridet. Non enim operam meam iniustiter collecare in convertendo obstinatum aut decende indecilem. Frustre illum admoneneri facit, ut nihil quoque respondat; vides ex silentio nihil habere quod reportat. Demonstratio enim synthetica, qua responsionem meam ad ejus objectionem confirmavi, adeo facilis, clara et ad veterum demonstrandi modum accommodata est, ut se si risu exponeret, si quid contra movere vellet, cum a quovis etiamnum Geometriae tyrone intelligi possit. Modus quem Tibi proposuisti notandi calculus, omnino commodus est pro typis; optandum foret ut jam dia introductus esset; revera enim haec innovatio aliquid laboris facisset iis magis, qui veteri notationi assueci sunt, quam iis qui recens Algebrae studio animum applicant.

En adjecta hic marginalia Dn. Hugenii, quae Te tantum concernunt; videbis ex iis non tanti esse momenti, quanti forsan cre-

dideras. Non e re judicabis, ut etiam reliquias Tibi transcribam, quae alios concernunt; si tamen illa desideras, libenter faciam, erit enim inter semiquadrantem horae factum. Nondum nactus sum reliquias Actorum tomos; eorum tamen per primam occasionem miifendorum spem facit amicus. Memini quod mihi non ita pridem ultra promiseris excerpta ex literis privatis Dn. Hugenii ad Te datis, in quibus ipsum magnifice de nostra methodo sentire ait. Gratissimum foret, si eorum me compotem redirebas. Velle etiam mihi locum indicares Actorum \*), ubi de endem re mentionem facit. Nil novi hic ad nos pervenit, quocirca plane ignarus sum eorum quae in Republica Literaria peraguntur. Acta Lipsiensis non nisi annuatim, vel ad plurimum singulis semestribus hac appellant, loco quod illa Basiliense menstruantur acceparam. Ideo rogavi Dn. Menckenem, ut si quid in illis singulare prodiret, illis me per literas redderet participem, quod et Te rogo, praesertim cum Dn. Menckenus ad me non scribat nisi rarissime, quando alia causa id postulat. Alter aliquod tempus ipsi misi quendam Actis inserenda, ubi occasione arripiu nonnulli attingendi de iis, quae ultimo Actorum Novembri inserueruntur, praecipue vero objiciendi modeste uniuersi et alterum iis, quae Dn. Tschirnhaus ibidem publicavit, ubi inter alia modum tradit obsecindendi ex curva parabolica portiones in data ratione, quod ego ostendo fieri non posse, quin habeatur quadratura absoluta Hyperbolae et proinde extensio curve parabolicae. Rogavi simus Dn. Tschirnhausum, ut suam demonstrationem publicare haud gravare velit; promisi me ipsi pro lucro gloriae inventionis quadraturae Hyperbolae cesserum. Hisce adjecti aliquod curiosum problema, concessio tuto quod currentis anni restat tempore, intra quod si nemo solutionem exhiberet, me meam exhibitorum disi.

Cum nesciam an jam prodierit in Actis, vel propediem proditum sit, illud libenter hic repetam, cui per otium Te applicare, rogo, haud graveris: Datis (fig. 57) in piano verticali duobus punctis A et B, assignare viam AMB, per quam mobile M a puncto A moveri incipiens et propria gravitate descendens, brevissimo tempore perveniat ad punctum B. Miror hoc problema hactenus nemini in mentem venisse. Misi illud in Galliam et Angliam, visurus num

\*) Act. Erudit. 1693 p. 496.

heroes isti mathematici duarum harum nationum, qui olim soli sibi mutuo problema proponentes et solentes neglectis aliis nationibus de palma mathematica certabant, num inquam et hujus legitimam daturi sint solutionem. Perspicis quod sit ex eorum numero, ubi ex lineis omnibus queruntur una praestans aliquid in desideratis minimum; ejusmodi solutionem in exemplo catenariae per seriem investigare instituisti. Interim quantumvis arduum hoc problema visus, illud tamet dupli modo, et quidem absque serie sorti, ubi egregias proprietates, que in alia materia suum usum obtinent, observavi. Nulla hucusque serie occasio obtulit mittendi Breman fasciculum corticis Peruvianae, in iliam tamen invigilatio. Expendi 10 fl. Holland. Sed res non est tanti ut de restitutione sis sollicitus; sufficit si id quondam fiat bona cum commoditate. Optarim ut interea temporis alia quae magis intereat serie praebeat inseriendas occasio, et experiri quam sim etc.

Groningae 9 Junii 1696.

## XXIX. Leibniz an Joh. Bernoulli.

Non mirum est, si in iis nihil certe constitui inter nos possit, quae demonstrationes definiri non possunt, quod usq; uenit in causa gravitatis, fiet tamen in his quoque (si tanti videnter) comprehendere, quae sententia sit similior veri. Dominus Frater Tius in suis ad me literis ex novo modo explicandi aestimationem virium per aliquot elastra, totam vim suam corpori aliqui impendentia, conjectarat me credere, gravitatem tali elastrorum actione, ictibus repetitis vim in grave transferentium, oriri. Respondi, me elastrum tantum in exemplum uti. Optime tamen notas, tali modo oritura esse eadem phenomena, quae in gravibus explicuit Galileus; et manifesta sane res est attendenti; nam cum spatia, a gravi per cursa, sint viribus a gravi acquisiti vel amissis proportionalia, necesse est utique, ut aequalibus spatiis aequales vires acquirantur ac perdantur a gravi; perinde ac si a talibus elastris vis ipsis fuisse data vel admota. At vero reprobare talis causa a spatiis pretendat, allioris indaginis res est: quanquam sano sensu id semper dici possit, etiam si explicatio per ventum vel per vim centrifugam

adhibeatur. Sane si fingeremus grave ascendens, velut retia aearium aquabiliter diffusa pertrumpere, explicari posset haec nequabilis virium amissio; sed activum aliquid sic moderari, ad modum elastorum, non aequa facile puto; quod si possis inventire modum, qui naturae consentaneus videatur, applaudam lubentissime. Ais per Te licere mihi non agnoscero pro vera sententiam Tum, si velim. Ego vero rogo, ut Tibi persuades, me ab hac arbitraria judicandi ratione esse alienissimum, et propensissimum esse ad audiendum vocem rationis. Verum est fieri posse et saepe debere, ut materiae gravificae particula in corporis pars haeret, et in iis etiam vim suam perdat; non tamen ideo vis illa in totum corpus transferetur aut ad descensum angustum serviet, sed in partim motibus absorbebitur. Ais: cum materiae gravificae sit subtilissima et omnia sint plena, procul dubio unum continuum constitueret et particulas non sequi ex intervalla. Ego vero putarim materiam gravificam nec subtilissimam esse nec omnia repiere nec unum continuum constitueret, sed tantum esse disseminatum in aliis multo subtiliore. Addis: si hoc demus, tamen numerum ictuum spatio proportionalem fore; verum quomodo id consequatur, non extendis; et agnosces, opinor, ventum in usum agere numero ictuum potius proportionali ad tempus, quam ad spatium. Ceterum disputatio nostra de hac questione ex eo orta est, quod videbatur Tibi, communis explicandi ratione non posse satisfieri cuidam objectioni contra virium aestimationem nostram: et ideo factum est, ut haec tenuis necessarium putarem hanc serram tecum reciprocare. Sed nunc, opinor, agnosces alterutro explicandi modo idem prodire. Itaque ex novissimis literis tuis demum, quis nunc sit Tibi scopus intelligi; nec repugno, modo (ut dixi) distincte explicari possit, qua ratione fiat, quod dicas. Haec tamen scribem inciso in verbis tuis, quae me adhuc turbant; ais minimus: magnas incongruitates esse prodere statuendo ictus procedere secundum tempuscula; quae sunt illae incongruitates, fateor me non videre. Quod si adhuc objectionem illam in mente habes, quae Tibi negotium faccesserat, optarem ut eam distinctius proposas, et velut in forma. Sane ubi mper reciprocatis cum Domino Papino literis objectionem ipsius in formam redigi, deseruit eam ipse, et aliam novam jam fabricavit, cui nunc satisfacio, speroque, has disputandi forma inter illum et me continuata, controversiam

terminatum iri; neque enim alter ab altero se non intelligi amplius queritur.

Spero et de ictus quantitate me Tibi alias satisfacturum. De Pardiesio optime judicas: Eius de Motu et regulis Dissertatio non magni momenti est: bene quidem vidit difficultatem de incursu oblique, sed non resolvit. Ma demonstrata a priori, pro nostra viriam aestimatione, nitor utique aliqui suppositione, nempe: Actionem quae facit aliquid uniformiter, tempore simple, esse duplam actionis facientis idem uniformiter, tempore duplo. Hanc suppositionem concedere debent Catechismus et alii, cum quibus disputaveram, qui falso sibi persuaserant, negligi a me temporis aestimationem, quae a nomine melius adhibetur, quam a me. Nondum quidem inventi medium a priori hanc propositionem demonstrandi per viam congruentiae: imo ne hanc quidem, quod actio idem faciens, brevior tempore, sit major; a qua esset incipendum. Verum hoc admisso, utique eo ipso quod nulla amplius datur resolutio, seu quod nihil medium interponit potest inter A et B, ut B interpositum fuerat inter A et C; alius dici nequit, quam actiones esse ut celestes. A erat facere duplum tempore simple, B facere duplum tempore duplo, et C facere simpulum tempore simple: Itaque actio A est major quam actio B, et quidem ita ut crescat actio, manente efficiet et tempore decrescente. Itaque ex eo ipso, quod nullum est principium aliquod ultra determinandi, sequuntur actiones esse reciprocum at tempora. Nimirum ubiquecum nulla reperi potest ratio proportionis compositae, necesse est simplicem lacum habere. Operae tamen pretium est, ut objectio tua, quam alium occurrere posse epime notas, resolvatur; quo facto, major (credo) lux accendetar, apparetque discrimen inter potentiam et actionem. Objectio ita habet: A tempore simple, idem facit quod B tempore duplo; ergo A est duplo velocius quam B. Ergo potentia ipsius A est quadruplicata potentiae ipsius B. Respondeo: concedendo totum argumentum, potentiam esse quadruplicatam, et tamen aja actionem tantum hic esse duplum. Quod Paradoxum ita ostendo: nempe potentia ipsius A quadruplicata est (hoc ipsum enim demonstravimus ex hec ipso nostro) sed actio est tantum dupla, quia Actio est in ratione composita potentie, quae exercetur, et temporis in quo exercetur; itaque potentia ipsius A quadruplicata, simple tempore exercita, dat actionem duplam ejus, quam dat potentia ipsius B simple, exercita tem-

pore duplo; et quadruplicata ejus quam dat potentia ipsius C simple, exercita tempore simple. Scilicet in A potentia 4, tempus 1 dat actionem 4; in B potentia 1, tempus 2 dat actionem 1. Vides quam haec pulchre quadrent, et quam parum distinctae notiones de potentia, actione et similibus vulgo habeantur. Complices jam anni sunt, quod haec explicui in Dissertatione conscripta in illetris Italico, et Florentine apud amicum refecta, qui editionem in se recepit; sed ego postea in mora fui, dum plura subnata sunt, quae me adjuncturum scripsi, neclum tamen praestiti, non quod res desint, sed etiam ordinandi. Caeterum ut actionem nunc, composita ratione suorum principiorum, potentiae et temporis, scissim, ita eam paulo ante aestimaveram composita ratione eorum, quae praestat, effectus scilicet extensivi seu materialis, nempe longitudinis (quam sur' ἔξοχον effectum vocare solo) et effectus intensivi seu formalis. Desideratum enim est, ut praestetur multum et cito. Ambae autem aestimationes consentiunt inter se, ut vides.

Veror quidem et ego, ne Dn. Nieuwentijt non satis vel candoris vel docilis afferat; quod tamen vereri licet, impetrare nondum licet. Et donec magis constet oleum et operam perdi, opus est condescendam quodam et longanimitate, quae fateor ab illis qui calent adiuc et animo vigent (quod in Te agnosco) minus expectari potest. Quia patientia Dn. Papinius et ego inter nos rationes haec tenet contulerimus, mirareris, opinor, si videres. Interim facit ex decoro moderationemque ostendis Tuam, quod Dn. fratri non ita respondeas, quemadmodum animum Tibi suggerere video. Ego vero occasionem non amittam sententiam dicendi meam, quando id non inutile futurum putas.

Pro Hugenianis notationibus marginalibus ago gratias singulares, requeo ut caeteras quoque omnes communices. Indicant nescio quid morositas, ne dicam malignitatis, sed quibus ea facilius ignorandum, quod publice et per literas aquiora dixit, praesertim de Analysis nostra. Nam in Actis Eruditorum 1693 p. 470 (ubi solutionem suam problematici cuiusdam Tui, puto, occasione constructionis Tractoris exigitati exhibet) diserte commendat caluli differentialis (quo tunc feliciter usus erat) inventionem, absque quo (inquit) vix est ut ad has subtletates admitteremur. Et

in suis ad me literis, biennio abhinc circiter scriptis, Calculum vocat admirabilem (vostre merveilleux calcul). Verba ipsa Tibi transcribam, ubi literas incident in manus: nunc enim se statim non offerunt, et querere non vacat.

Postrimo accedo ad problema Tuum inventiæ linea, quam vocare, opinor, licet Tachystopteram seu celerrimi descensus. Problema est profecto pulcherrimum, et me invitem ac reluctantem, pulchritudine sua, ut penuum Euan ad se traxit. Est enim ea mihi tentatio gravis et maxia, viribus affectis et incumbente aliorum mole; ut non facile amplius andeam, quae intensionem pestulant laborem meditandi. Itaque postumerum problemata a Te deprecor, maloque ab alio, et praesertim a Te docere solutiones, quam ex me sperari. Taque debitor video, quam fieri mihi. Nam sentio tali labore praesertim calenti (qui levius satis Tibi videbitur) non parum alteri vires meas, et phlegmas illas importuna excitari. Accipe interim quid tantum, non per seriem quidem, haec enim tantum subsidialis est, si res ad triarios referitur; sed ea ratione quae ad aquationem differentialem ducat, quam et in istis ex visceribus problemata habere solemus. Atque igitur eam esse naturam lineæ Tachystopteræ AC (fig. 58) (in qua grave celerrime a puncto A ad punctum C descendit) ut positis abscissarum seu altitudinum incrementis constantibus, sint elementa ordinatarum seu latitudinum BC in ratione composita ex directis elementorum curvæ, et reciproca elementorum temporis verticalium. Verticalia vero elementa temporum, quibus grave descendet in ipsa verticali AB. Unde sequitur, elementa curvae itidem esse in ratione composita ex elementorum latitudinis directa simplice et ipsarum altitudinum reciproca subduplicata; itaque si AB sit  $x$ , et BC sit  $y$ , et assumatur constans quedam  $b$ , res reducitur ad quadratas, et erit  $dy : dx = \sqrt{xx} : 2b - x$ . Si  $dy : dx = v : b = \sqrt{(2bx - xx)} : 2b - x$ . Dico  $v$ , ipsa  $dy$  proportionales, esse ad mean Quadraticam, quia olim pro Tetragonismo meo Arithmetico sum usus, atque adeo curvam Tachystopteram esse Quadraticam meae Quadratricis, et prouide a circulare dimensione pendere. Nam si (fig. 59) centro C, radio AG seu b describatur semicirculus AHM, et angulo AGH bisecto, ducta GT occurrit tangentis verticis in T, et sit AB, x, adeoque sit BH,  $\sqrt{2bx - xx}$ , tum AT erit  $v$ , seu erit ad b sive AG, ut BH seu  $\sqrt{2bx - xx}$  ad BM seu  $2b - x$ . Jam in BH (si opus

producta) sumatur BN aequalis AT, erit  $\int v dx$  seu pars ABNA

aequalis duplo segmento circulari, cuius arcus AH. Itaque si area ABNA vel duplex hoc segmentum applicetur ad rectam b (ut lat  $\int v dx : b$ ) prodibit y seu BC, ordinata linea quae sitae

AC. Unde sequitur Tachystopteram AC esse lineam segmentorum (quae scilicet ex eodem puncto, nempe vertice, absinduntur) seu lineam, cuius ordinatae sint segmentis circularibus proportionales, quorum tetragonismo supposito facile curva per duum puncta data describi potest.

Adjiciam theorema, ut puto, non inelegans, facile quidem, si quis annuum advertat, Tibi tamen fortasse non displicitum, quia Tu problematis occasione mihi incidit. Nempe si (fig. 60) triangulum rectangulum Pythagoricum (ut quidam vocant) seu cuius latera sunt ut 3, 4, 5, ita statutur, ut perpendiculariter erectum sit latius minus; grave descendens per AB verticalem, et deinde conceptio impeta pergeat per BC horizontalem, eodem tempore perveniet ab A ad C per latera AB, BC, quo directe per ipsam hypotenusam AC. In priu autem oportet angulum B nonnulli rotundari in portionem curvae, cujus tangentes sint AB, BC, ut grave sine repercussione aut impedimento transeat ex AB in BC; proderit etiam angulum ABC esse tantulum obtusum. Si AB minor sit tribus quadrantibus ipsius BC, citius absolvetur iter per latera, quam per hypotenusam; sin major sit, directum iter praestat. Et multa alia ejus generis constitui possunt, quibus immorari non vacat.

Et jam finis literis satis prolixis est imponendum. Quaerere tamen adhuc lobet, nihilne ex Gallia habeas a Dno. Hospitalio aliquis amicis? Quae apud vos vicinique Batavos novitates Physico-Mathematicæ? Superioribus jam scriptis, literas a Dno. Cluverio accepi cum inclusis ad Dominum Fratrem Tuum. Defendit semper, quae dixerat contra Quadraturam Parabolæ Archimedis, et nostra quoque. Respondet saltem nullam dari posse constructionem Archimedea meliorem. Puto habere eum meditationes profundas nec spenendas, sed non opus erat, ut iis uiceretur ad bene constituta evertenda. Vale.

Dabam Hanoveræ 16 Junii 1696.

P. S. .... Acta Eruditorum etiam ad me satis tarda pervenient, negligientia Bibliopolae, qui curare in se recipit, ut nesciam an Tuum problema sit in Actis, cum monitis de Eoinski Tschirnhausii sectione Curve parabolicae. Video eum saepè pauci promtius pronuntiare.

### Beilage.

Invenire lineam Tachystoptotam: Datis in piano verticali duobus punctis A et B (fig. 57) invenire lineam AMB, per quam mobile M a puncto A moveri incipiat et propria gravitate descendat ad punctum B tempore omnium possibilium brevissimo.

Si grave M descendat ex A in recta inclinata AB (fig. 61) est tempus, quo percurrit AB, ad tempus, quo percurretur AC perpendiculariter usque ad horizontalē CB, ut AB ad AC, ut constat.

Rursus si ponamus CB esse duplum ipsius AC et grave ubi descensu pervenit ad C, pergere in horizonte concepto impetu ac tendere motu aequali versus B, percurrit CB tanto tempore quanto percurrit AC. Siis CB sit aequalis AC, percurret dimidio. Et in universum si tempus quo percurritur AC, sit t, erit tempus quo percurritur CB, ad t, ut est CB ad bis AC. Itaque tempus quo percurritur ex A in B via ACB, erit t + 1. CB : (bis AC) seu t (bis AC) + CB; bis AC. Sed tempus quo perveretur recta ab A ad B, est t. AB : AC, et AB =  $\sqrt{AC^2 + CB^2}$ , ergo fit tempus per AB = t.  $\sqrt{AC^2 + CB^2}$ : AC, ergo tempus per ACB est ad tempus per AB, ut (bis AC) + CB ad bis  $\sqrt{AC^2 + CB^2}$ , et horum quadrata ut  $4AC^2 + 4AC \cdot CB + CB^2$  ad  $4AC^2 + 4CB^2$ , quorum illud potest esse maius quam haec, quia dento communis  $4AC^2 + CB^2$  potest  $4AC \cdot CB$  esse maius quam  $3CB^2$  seu  $4AC$  potest esse maius quam  $3CB$ . Itaque si recta  $4AC$  sit major quam  $3CB$ , seu si AC sit major quam  $\frac{3}{4}CB$ , brevior tempore perveretur grave ex A in B per cathetum et basin simili, seu per latera trianguli rectanguli, quam via brevissima seu directa per hypotenusam.

Hinc sequitur, in triangulo rectangulo Pythagorico (ubi AC cathetus aquatur tribus quadrantibus basem CB) grave aquilis tempore descensuram ab una hypothenusis extremitate (A) ad alteram (B) sive oblique descendat seu per latera (AC, CB) sive directe per ipsam hypothenusam (AB), ubi tamen in praxi concipiendum est angulum C nonnulli rotundari seu constare ex por-

tinacula curvae, cuius tangentes sint rectae AC et CB, ut sine reflexione vel impedimento motus gravis ex A per C ad B procedat. Sed portuacula sufficit quantumvis parva, quae adeo calculum natibiter non mutat.

Quonodocunque inter se et respectu perpendiculariter sita sint duo puncta A et B (fig. 62), modo unum alteri perpendiculariter non immixeat, potest inveniri punctum D tale, ut faciliss seu citius pervenient ab A ad B per D, quam recte timere. Quin et, si data sit horizontalē DE, in eodem piano verticali cum punctis A et B inter quae jacet, inveniri in ea potest punctum B tale, ut via DAB sit omnium possibilium facilissima seu promtissima.

Nenpe tempus per AC sit t, et tempus per AE est ad tempus per AC, ut  $\sqrt{AE}$  ad  $\sqrt{AC}$ , ergo tempus per AE est  $t \cdot \sqrt{(AE : AC)}$ . Et tempus per AD est ad tempus per AE, ut AD ad AE, ergo tempus per AD erit  $t \cdot \sqrt{(AE : AC)} AD : AE$ . Quarernus jam et tempus per DB. Quod est ad tempus per BF vel EC, ut DB ad EC; tempus autem per EC est tempus per AC, dento tempore per AE, seu  $t \cdot 1 - \sqrt{(AE : AC)}$ ; ergo tempus per DB est  $t \cdot 1 - \sqrt{(AE : AC)}, DB : EC$ . Ergo tempus per ADB seu tempus per AB + tempus per DB est  $t \cdot 1 - \sqrt{(AE : AC)} AD : AE + (1 - \sqrt{(AE : AC)}) DB : EC$ , quod sit = m seu omnium possibilium sui generis minimus.

Ut ergo inveniatur DB, differentiatur haec aequatio. Pro compendio prius  $t \cdot \sqrt{(AE : AC)}$  vocetur r, et  $t \cdot 1 - \sqrt{(AE : AC)}$  vocetur n, et fieri r AD : AE + n DB : EC = m. Unde differentiatio fit dAD : r : AE + nDB : n : EC = 0. Jam  $AD = \sqrt{AE^2 + ED^2}$ , ergo  $dAD = dED \cdot ED : AD$ ; et similiter  $DB = \sqrt{EC^2 + FB^2} = \sqrt{EC^2 + CB^2 - 2CB \cdot ED + ED^2}$ , ergo  $dDB = -dED \cdot FB : DB \cdot EC$ . Ergo ex aequ. differentiata fit r : ED : : AD : AE = n : FB : DB : EC. Est autem r ad n seu  $t \sqrt{(AE : AC)}$  ad  $t \cdot 1 - \sqrt{(AE : AC)}$  seu ratio temporis per AE ad tempus per EC, et ED seu CF : FB = n : AD : AE, : r : DB : EC = (AD : AE : r) : (DB : EC : n) seu AD : DB = (r : ED : AE) : (n : FB : EC) et r : n =  $\sqrt{(AE : AC)} : ((\sqrt{AE} - \sqrt{AC}) : \sqrt{AC}) = \sqrt{AE} : \sqrt{AC} - \sqrt{AC}$ . Hic si AD, DB, FB explicet per ED, res reddit ad parum Geometriam seu questionem, in qua sola incognita ED; sed hoc nunc omisso sufficit tale theorema, quod progressus in latitudinem (ED

seu  $CF$ , et  $FB$ ) sunt in ratione composita ex rationibus directis descensum verticalium seu progressum altitudinis ( $AE, EC$ ) et progressum descensus obliqui ( $AD, DB$ ) et reciproca accessio-  
num temporis verticalis ( $1:r$  et  $1:n$ ). Tempora verticalia voco,  
quibus altitudines percurrentur seu descensus verticales perge-  
tur, nempe per spatiis  $AE, EC$ . Porro  $\tau AD : ED : AD^2 : AE$   
 $= nDB : FB : DB^2 : EC$  seu tempus per  $AD$  in  $ED : AD^2 =$   
tempus per  $DB$  in  $FB : DB^2$ . Ergo latera facilium descensus sunt  
in ratione subduplicata, composita ex rationibus temporum, in quibus fit descensus per ipsa, et progressum latitudinis.

Sumatur alia recta horizontalis infra  $CB$ , ut  $GL$  (fig. 63) et in ea sumatur punctum  $L$ , et queratur in horizontali  $CF$ , ca-  
dente inter  $ED$  et  $GL$ , punctum  $B$  tale, ut sit via per  $DBL$  omnium possibilium a  $D$  ad  $L$  facilima; habebit locum idem theorema. Ponamus autem  $L$  sic assumi, ut  $B$  sit illud ipsum pun-  
ctum datum paucis ante positum. Eodemmodo, ut ex dato  $B$  invenimus punctum  $L$  in horizontali  $GL$ , ita ex puncto  $L$  inveni-  
mus punctum  $P$  in inferiore adhuc horizontali  $MP$ . Itaque via fa-  
cillima birectilinea ex  $A$  per  $ED$  ad  $B$  erit  $ADB$ , et ex  $D$  per  
 $CB$  ad  $B$  erit  $DBL$ , et ex  $B$  per  $GL$  ad  $P$  erit  $BLP$ , et its porro.  
Esto autem aliqua via facilium trirectilinea ab  $A$  ad  $L$  per  
horizontalis  $ED, CB$  angulis rectangularium vias incidentes, patet et  
birectilineis trirectilineis contentas esse omnium possibilium facil-  
limas, nempe  $ADB$  et  $DBL$ . Nam cum ex hyp. via facilima ab  
 $A$  ad  $B$ , angulus suis ..... in datas horizontales incidat per  $BL$ ,  
necessere est via  $ADB$  esse viarum ab  $A$  ad  $B$  facilissimam, nam  
si detur facilior  $AQB$ , erit via  $AQB$  cum via  $BL$  facilior quam  
via  $ADB$  cum via  $BL$ , id est quam via  $ADB$ , contra hypothesis.  
Et similis argumento res probabitur de trilineis in quadrilatero; et  
generaliter si via tota sit sui generis facilissima, etiam partium vias  
sui generis facilissime erunt, verb. gr. bilineae et trilineae in qua-  
drilatero contentae.

Quod si jam concipiamus viam polygonam facilissimam ita con-  
tinuari, ut constet ex angulis numero infinitis, qui incident in ho-  
rizontali infinitesimales distantes seu vicinissimas, habebimus Li-  
neam facilium descensus, quam vocare licet Tachystopton, mo-  
dumque ejus proprietates investigandi. Hunc autem non esse Iso-  
chronam paracentricam, ut fortasse cuidam videri prima fronte  
possit, ex eo intelligi potest, quod nostra abit in rectam, tunc

cum unus ex duobus punctis (ut  $A$  et  $B$ , vel  $A$  et  $P$ ) alteri im-  
minet verticaliter; tune enim omnia cadunt in rectam illam verti-  
calem seu perpendicularrem, rectus autem descensus nunquam est  
isochronus. Deinde nostra linea incipit a quiete, quod non facit  
isochrona.

Intelligatur jam descripta linea facilissimi descensus seu Ta-  
chystopton  $AC$  (fig. 64) in qua mobile  $C$  transeat a punto  $_1C$  ad  
punctum  $_2C$  via facilissima, et quidem ab horizontali  $_1B_1C$  ad ho-  
rizontaliem  $_2B_2C$  per horizontalium  $_2B_2C$ , ita ut angulus in me-  
dium horizontaliem incidens sit punctis  $_1C, _2C, _2G$  non nisi infinitesimile distansit. Describatur præterea parabola quadam  $AE$ ,  
cuja vertex  $A$  et axis  $AB$ . Utique si  $AB$  sint descensus verti-  
calis gravis inde a quiete, erunt  $BE$ , ordinatae parabolæ, ut  
tempora verticalia, et  $F(E)$ , ut  $_1F_2E, _2F_2E$  etc. ordinatarum pa-  
ralobæ elementa, erunt elementa temporum verticalium. Quodsi  
 $B(B)$  seu  $EF$ , elementum altitudinem seu abscessarum, sint con-  
stantia, erunt  $F(E)$  elementa temporum verticalium, ipsis tem-  
poribus  $BE$  reciproce proportionalia. Compleantur rectangula  $_1C_1D_2C$ ,  
et  $_2C_2D_2C$ , ex natura viae birectilineæ facilissimæ ex  $_1C$  ad  $_2C$   
per  $_2B_2C$  paulo autem demonstrata, erit  $_1D_2C$  ad  $_2B_2C =$   
 $(_1C_2C, _2B_2C, _2F_2E) : (_1C_2C, _2B_2C, _2F_2E)$  seu positus  $_2B_2C, _2B_2C$   
elementum altitudinem aquilibus, erit  $_1D_2C : _2B_2C = (_1C_2C, _2F_2E) : (_1C_2C, _2F_2E)$ ,  
sunt  $(_1C_2C, _2F_2E) : (_1C_2C, _2F_2E) = _1B_2E : _2B_2E =$   
 $\sqrt{(_1A_1B : _2A_2B)}$ . Ergo  $_1B_2E : _2B_2C = (_1C_2C, \sqrt{(_1A_1B : _2A_2B)}, : , _2C_2C$ .  
Et seu elementa latitudinum sive ordinatarum sunt in ratione  
composita ex elementorum curvae simplice et ipsarum altitudinum  
subduplicata  $B(C)$  ut  $C(C), \sqrt{AB}$ .

Unde more solito dy ut  $dc\sqrt{x}$  seu assumpta constante  $2b$ ,  
fiat  $dy$  ut  $dc\sqrt{2bx}$  seu (1)  $dy : 2b = dc\sqrt{2bx}$  seu  $4b b d y^2$   
 $= 2b x d x^2 + 2b x d y^2$ , vel (2)  $2b d y^2 = x d x^2 + x d y^2$ , vel (3)  
 $d y : d x = \sqrt{(x : 2b - x)}$ . Fiet  $d y : d x = v : b$ , fiet (5)  $v : b$   
 $= \sqrt{(2b x - xx)} : 2b - x$ . Itaque ut exhibeat quantitas  $v$ , in  
verticali  $AB$  (fig. 59) sumatur punctum  $G$  infra  $A$ , ut fit  $AG$  se-  
qualis constanti  $b$ , et centro  $G$  radio  $AG$  describatur semicirculus  
 $AHM$ , et in axe sumto sunu verso quoconque ut  $AB$  seu  $x$  et sima  
recta  $BH$  seu  $\sqrt{(2b x - xx)}$ , anguli  $AGH$  dimidio  $AGT$   
descatur recta  $GT$  et producta dum occurrat tangentia verticis in  
 $T$ , erit  $AT$  recta  $v$  quasiæ. Hoc sic demonstratur: Ex diametri

AM puncto M educatur MH, erit angulus AMH dimidius anguli AGH, ergo aequalis angulo AGT. Ergo ut triangula similia GAT, MBH erit AT ad AG seu ad b, ut BH seu  $\sqrt{(2bx - xx)}$  est ad MB seu ad 2b - x, itaque AT est v. Cui sumendo aequaliter BN in BH (si opus producta) et per puncta ut N ducatur linea ANN, quae est quadratrix nostra arithmeticus, qua olim sum usus, cuius quadratura dabit quescitum. Nam per (3) et (4) fit (6)  $\int v dx : b = \int dx \sqrt{x(2b-x)} = y$  seu area figurae ABNA, applicata ad AG seu b constantem, dabit BC seu y quiescitum. Inveni autem iam olim hanc quadraturam a circuli quadratura pendere, seu aream ABN aequali duplo segmento AHA adeoque ipsas rectas BC seu y esse ipsas AHA segmenta circuli proportionales.

Datis igitur punctis A et L sibi verticaliter non imminentibus, si a puncto A ad L ducenda sit linea Tachystoptota, ducatur per A verticalis AB, et ex puncto L in ipsum normalis LK; inde quadratur radius circuli b seu AG, qui ductus in ipsum KL aequaliter duplo segmento AIA; inde inventis quotcunq; rectis BC, quae ductae in eandem AG aequaliter duplis segmentis respondentibus AHA, linea ducta per puncta C erit quiesita. Quanquam et sufficientia circulus quivis, modo diameter AM sit major ipsa AK; nam si hanc KL secut in I, et in ipsa KL sumatur KP talis, ut sit rectangulum sub AG, KI aequaliter duplo segmento AIA et in BH quacunq; (si opus producta) sumatur BR quae ducta in AG aequaliter duplo segmento AHA, itaque BC ad BR ut KL ad KP, eri punctum C in curva ACL quiescita, quae basi per M occureat in Q, sic ut MQ sit semiperipheria circuli. [Linea segmentorum poterit continuari ope majoris circuli, ut parabola quae per chordas construitur; videndum, annon et ope circuli ejusdem constituta revolutione ipsius AC circa A, ultra semicirculum, in ultra circumflexum, ita enim semper crescit quantitas segmenti, quod secundum est in chorda, ubi prior redit].

Methodus hic a me addita etiam pro aliis lineis Maximum aut Minimum aliquid praestare debentibus est profutura; nempe si maximum vel minimum praecedentis sit pars maximi vel minimi sequentis. Ut invenire lineam maximi ambitus, quadratur primus Monogonum BDC (fig. 65) datis magnitudine ipsis AB, AC raditis

seu emissis ex centro aequalibus inter se et ambitu ABD C vel quod eodem reddit, BDC, sic ut area ABD C sit omnium possibilium maxima. Tibi invenientur BD, CD esse aequales et angulis B, C esse rectos. Sit jam Dygonum BDCE omnium possibilium sui generis maximum data ambitus BDCE magnitudine. Resolvatur in duo Monogona ABDC et ACFE. Si jam ABCD sit ambitus sui maximum, dico et ACFE sui ambitus maximum fore; sit enim aliud magis ebdem ambitus CFE, nempe II, erit ABCA + II magis quam ABDCF E, contra hypothesis. Itaque continua additione dygonorum satisficiantibus formabuntur polygona satisficiantia. Potuisse prius ostendendi in dygono, magis fieri, si AB, AC aequales, quam si inaequales.

Pro Curva Catenaria etiam procedet haec Methodus; nempe dati ponitis A, B (fig. 66) et catenula trionga ACDB, queritur situs eius, ut centrum gravitatis maxime descendat. Alter si CD intelligatur esse pondus affixum in C et in B quomodoque formatum, reperitur ut maxime descendat centrum gravitatis, debere esse in concursu rectarum AC, BD.

Si queratur navis G (fig. 67) figura minime resistens aquae in data capacitate, incipiat itidem a dygono, inde pergitur ad aliud dygono, alio ita rem omnino patre fore in potestate. Est in his novae cuiusdam Analyseos materies.

### XXX.

#### Joh. Bernoulli an Leibniz.

Cum nunc de mente mea Tibi constet, et quis mihi scopus sit in explicacione actionis materiae gravitiae intelligas, ei diutius non immorabor; licet tamen paucis perstringere ea, quae in postremis Tuis hac super te monuisti. Ergone tandem frater meus morositatem suam vim intulit Tibique scripsit? nullamne aliam scribendi materialm habuit, quam quod de elastorum actione ex me Tuisque ad me datis litteris dificerat? Forsitan et alia protulit tanquam in sua, revera tamen in aliena olla cocta; de his enim parum antea, me nondum mouente, cogitabat. Sed dic, queso, notavit ne etiam ex tali elastorum actione oritura esse eidem phenomeno Gallici? Vix

puto, nam hoc ipsi non aperui, quia post discussum meum ex parte mihi denum incidit. Promitis Te meo explicandi modo huber-tissime applausurum, si possim invenire viam naturae consentaneam, qua activum aliquid sic moderari licet ad modum elastorum, quemadmodum fingerem possemus rei aranearum aquabiliter diffusa, quibus perrumpendis grave ascendens decrements pateretur virium, spatii proportionalis. Sane si mihi concedis, posse saltem sana ratione statu particularum gravificam totam suam vim transferre in grave, jam habemus quod petis; particularis enim gravificae si non continuum faciant, saltem sunt aquabiliter dispersae, et sic quod in rebus aranearum fngis, passum, hic revera ponitur actum; quippe cum quelibet particula totam suam vim transferat (per hypothesim, quia ad fieri posse jam in prioribus meis ostendi) et cum numerus particularum sit spatii proportionalis, patet utique virium accretionem fore aquabilem. Mentrent meani clarius explicare non possum quam per aliquid simile. Pone navigium ferens hominem in puppi, quod primum sit quiescens in aqua stagnante nullus resistet, ipsum autem sit solidissimum, ita ut ejus partes tremore omni sint expertes, sed vim impressam toti navigio impertiant, abstracte etiam a materia ambiente. Nunc homo insidens percutiat mallo puppim secundum directionem horizontalem, quo totum navigium moveri incipiat; repetat ictus aequales non singulis momentis, sed singulis spatiolis, per quae navigium progradientur. Dico navigium eodem modo accelerari, quo grave descendens; recipit enim singulis spatiolis non solum ictus aequales (siquidem distinguuntur ictum et vim) sed etiam vires nequales, eo quod mallei vis, quae semper edem supponunt, tota ad navigium promovendum impeditur, ipsi enim nil remaneat, nisi quantum pars est navigi; sic etiam quia materia gravifica est infinite velox, poterit unica eius particula considerari quasi corpori gravi semper insideret, suosque inflicit singulis spatiolis reiteraret, loco quod singulis spatiolis nova adventia, unicunque faciat ictum. Ais me non ostendere, quomodo consequatur numerus ictuum spatii proportionaliter fore; sed puto id satis ostendens esse ex eo ipso, quod concedatur particularis gravificae aquabiliter disseminatas esse per totam altitudinem descensus. Nam si numerus particularum percutientium sit spatii proportionalis, ergo etiam numerus ictuum eidem erit proportionalis, quia tot sunt ictus, quot sunt particulariae quae faciunt ictus. Haud dubie agnosco ventum in nave agere numero ictuum

proportionali ad tempus (supposito ventum incomparabiliter rapidiore esse navi) sed hoc minime evertit opinionem meam, immo maxime illam confirmat; est enim summa differentia inter utrumque agendi modum, et hinc non miror, quod cum nullam interesse credideris, meae opinioni lucusque assentiri nolueris. Navis propellitur a particulis venti a tergo continuo subsequentibus et motum habentibus progressivum secundum directionis navis; hinc sive quiscat sive moveatur, semper novas et novas recipit impressiones, et quidem per ratione quantitatis venti allabent, id est, pro ratione temporis. Sed grave descendens non impellitur a materia quidam instar venti, quia a circumferentia versus centrum terrae flat, sed a particulis quidem rapidissimis, nullum tamen motum progressivum versus terrae centrum habentibus; hinc nisi grave moveatur, nullas novas recipit impulsiones. Si globuli (fig. 68) in aequali distanza sese subsequentes 1, 2, 3, 4 etc. motu parallelo impingant in corpus A, erit numerus ictuum in ratione temporis. Sed si particulae aquilantes a, b, c, d etc. moveantur rapidissime, veluti in vorticibus  $\alpha$ ,  $\beta$ ,  $\gamma$ ,  $\delta$  etc. circa centrum suum primaque particula a prebellat corpus B in vorticulum  $\beta$ , et particula b in vorticulum  $\gamma$  etc. tunc utique numerus ictuum erit in ratione spatii a corpore B percursi. Prior agendi modus est venti, posterior est materiae gravificae vel saltem analogus. Vides satis ex hac explicatione, quenam simili incongruitatem, quae sese produnt, statuendo ictus procedere secundum temporiscula; praeter illam, quod in hac hypothesi dicendum sit, corpus jam in moto majorum virium gradum recipere a particula gravifica utra incomparabiliter celeriori, cuius sane respectu corpus quiescere censendum, quam cum quiescit. Hoc si non sit incongruitas, saltem non est veritas adeo clara, quam adversarius minime negare possit.

Optime distinguuntur inter potentiam et actionem; adeoque argumentum Tuum a priori ostendit saltem actionem ipsius A esse quadruplicem actionis ipsius C; volebas autem id demonstrare de potentia. Interim res plana fiet, dicendo actiones hic esse ut potentiae quia sequuntur tempore peraguntur. Bene se habet, quod agnoscas nondum potuisse demonstrari actionem A duplam esse actionis B: principium enim illud: Ubicunque nulla reperi potest ratio proportionis compositae necesse est simplicem locum habere, obscurum mihi videtur, nec satis

hic probat quod probandum est: propositionem vero alteram, quod actio idem faciens breviori tempore sit major, a qua incipendum dicit, ego pro axiomatice assumere.

Commerciali meum parum sibi proficuum credet, opinor. Ds. Nieuwenhut, multo minus indigebit mea scrupulorum suorum emendatione, sive quod me huic operi non parem putet, sive quod malit recurrere ad Te, tanquam ad fontem ex quo illas melius dabit. Ultra tres septimanas commoratus fui Amstelodami, quod guse non poterat ignorare, ut unicus ejus Mackrelius mihi retinuit; nec tamen cum videlicet honorum habuit. Interim non e reputo, nec mihi author eris, ut operam meam obfrudam ipsi nolenti forsan. Noli me adeo calere putare, ut omni longanimitate caream; si vides, quantum ego laboris suscepimus pro Dno. Marchione, pro Varignonio, Fatio aliisque, quantum in liberum usus fecerim et scripsir, in meum ipsum communidem librorum commido postposuerim, dices profecto contrarium. Agnosci istique moderationem meam, dum fratri non respondeo uti mereor: quod autem id te suscipere offers, grata accipio mente, et quo citius, eo gratius erit, qualicunque modo id fieri. En reliquias Hugenii notationes marginales, quas in memoriam Tomis reperi; cacteros nondum habeo.

Mitti hic solutionem meam problematis mei de inventiendi linea celerrimi descensus<sup>\*)</sup>, illis verbis conscriptam, quibus illam ante acceptas Tuas ultimas conceperam, ut si digna videatur simul cum Tua Actis inseri cures. Bederam linea nomen *Bachystochronae*, ob rationem quam ibi videbis; sed si magis arrideat nomen *Tachystoptoea*, permittit ut hoc in illius locum ubiqueque substitutur. Valdopere gavisus sum, cum intelligerem adeo Tibi placuisse hoc problema, ut Te invitum et reluctancem pulchritudine sua, ut sis, ut pomum Eym ad se traheret, si modo ego non pro serpente illo maligno habeas, qui hunc pomum obtulit; sed gaudio meo multum accessit, cum videbam Tibi jam repertam esse solutionem, a qua tamen omnes quibus illud proponebatur, longe absunt, testibus literis Varignoni (De tous ceux, inquit, à qui j'ay annoncé votre problème, je ne saay encore personne qui l'ait résolu: je l'ay tenté, mais la difficulté m'a tout aussy-tôt rebuté). Etiam ipsi Hospitalio minime displicuit problema (et

probleme, mihi scribit, me paroist des plus curieux et des plus jolis que l'on ait encore proposés, et je serois bien aise de m'y appliquer; mais pour cela il seroit nécessaire que vous me l'envoyassiez réduit à la Mathématique pure, car la Physique m'embarrasse etc.). Interim idem Tibi accidit, quod illis qui detegunt thesaurem, cuius tamen premium nondum aestimare possunt, quod etiamnum inclusus est cistis et capsis, quibus vero reservatis, cum longe pretiosiorum deprehendunt quan sperabant. Revera enim et Tu reperisti solutionem problematis, in quam autem, quantum in recessu contineat, nondum introspectisti. Persussum sum totus, quod longe maiorem capies voluntatem, ubi noveris curvam quaestam esse cycloidem, quam cum illam inveniesses anonymam: illa, inquam, est cyclois, de qua in simili materia Hugenii aliam insignem proprietatem ostendit, isochronum scilicet oscillationum. Quid, queso inexpectatus evenire potuisse? Ob hanc rationem puto ipsi nomen *Bachystochronae* non male convenire. Et sic Tua ope novas accesserunt proprietates Cycloidi, cum ostendas illam esse *Lineam segmentorum et quadratricem* tuae Quadraticis. Sciendo cupidis sum, qua via perveneris ad solutionem; praevides Te ali alicui instituisse, quae ab utraque mearum durum diversa erit. Alter meus solvendi modus quidem est indirectus, sed quasi directo praefero, quod una opera me deduxit ad solutionem problematis Optici elegantissimi de curvatura radii in medio variante, ubi mirum consensus detexi inter duas istas curvas. Tuan vero sententiam excepto, quid de utroque solvendi modo Tibi videatur. Constructionem etiam dedi curvae, quam voce *Synchronam*, quam ex occasione prioris problematis inventi; ostendo illi, quod sit curva, qua omnibus cycloidibus ab eodem initio descripsit normaliter occurrit. Est sane mirabilis curva; ejus enim constructionem, posita extensio arcus circularis, ex contemplatione precedentis materiae facile inventi: si vero illam in abstracto considerant, quarere velim, ne quidem ad aquationem differentialem pervenire possunt; in tantum ut, si hoc problema seorsim vel alio tempore proposuissent, inventire scilicet curvam omnibus cycloidibus perpendiculararem, vix quisquam solutionem dare potuisse, dum contra ego me eam solus possidere jactare potuisse: sed magis publice utilitati, quam sua gloria latitudine censeo. Nemini me Tibi olim generaliter proposuisse, inventire curvam, quae alia positione dati occurset normaliter, quod ego in pluribus

<sup>\*)</sup> Siehe die Belege zu diesem Briefe.

solveram. Modum quidem Tuum generalem tradebas; sed si resumere placet, videbis illum plerumque locum non habere, quando curvae positione datae sunt transcendentes, ut in hoc ipso exemplo apparuit. Alterius exempli, quod in meo schediastate propono de Logarithmiciis per curvam normaliter secandis, nondum quidem constructionem, nec acquisitionem differentialem primi gradus inveni, sed tamen seriem quamdam simplicissimam pro illa exhibere possum. Casterum egregium est, quod observasti de triangulo rectangulo Pythagoricu. Ego sane etiam multa non contempnenda delect ex occasione mei problematici; inter alia insignem quamdam proprietatem cycloidis, quae haec est: Super recta CD (fig. 69) descripca semicycloides eadem Ad, ad, ad etc. omnes normaliter secantibus ab omnibus semicycloidis isdem Cb, cb, cb etc. super parallela Ab descripitis. Unde nescio quid peculiare accident cycloidis: ejus enim evoluta est cyclois, ejus castistica est cyclois: nunc ejus normalis perpetua est itidem cyclois et quidem eadem. Haec vero omnia tria etiam convenient Logarithmicas spiralis, quam Frater meus vocat Spiram mirabilem, in qua ego primum inveni, quod pro evoluta habeat spiralem eandem. En igitur mirabilem affinitatem inter duas istas curvas. Si quis profundius perscrutari vellet, quodcunque dico in schediastate meo, amplem satis materialm pro hoc habebet. Curva nostra Brachystochroma infinites habet casus particulares, ut si peteretur ex infinitis arcibus circularibus, qui per duos puncta data duci possunt, ille qui respectu reliquorum esset celeriori descensus, id est, si eodem momento a puncto dato demitterentur gravis per singulos arcus, quinam illi esset, per quem grave citissime ad alterum punctum datum veniret: vel, si loco arcuum circularium substituerentur arcus aliarum curvarum determinatarum; vel etiam, si super linea recta duo data puncta conjugente erigantur infiniti triangula isoscelia, vel triangula rectangula, vel alijs figurae rectilineares, semper posset queri casus ciuiissimi descensus, adeo ut tot problema particularia formari possint quod liberet, et sic nostrum problema generale consistere dici potest in inventione minimi infinitorum minimorum. Sed transeo ad nova que sciscitarris.

Frater meus junior, nulla reperta statione Parisiis, reversus est in patriam, Du. Hospitalius illum oneravit 3 vel 4 exemplaribus sui Tractatus novi de principiis calculi differentialium, quorum unum Tibi destinatur. Ex quo Duo. Haberstroh ad suas ad me

datas respondi, de illo ne quod quidem audivi. Hactenus quidem nihil novi incidit de differentialibus ex analogia differentiarum et potentiarum, quia de eo de novo cogitare nondum vacavit: supersum tamen nonnulla que monebo, quando disputatio nostra fuerit finita.

Novitates Physico - Mathematicae quae ex Batavis ad me perveniunt, sunt oppido steriles. Audio Hugenium, praeter Volderum, constituisse Curatorem MSS, suorum Dominum Fullenium, Mathesos Prof. Franekerianum, destinatus pro labore utriusque mille floribus Holland. de bono suis.

Serioles loquuntur an jocatur Claverius? Quidquid sit, non audiendus est? habeat meditationes quantumvis profundas, same magno conatu magnas rugas dicit Act. 1687. pag. 586, quae mihi conductac, nisi ut mathecos imperitis contentum inspicient contra scientias Mathematicas. Veror ne sit ex eorum numero, qui velint aliquip videri, sed cum mihi habeant quod producant, in cortice misere haerent, nec tamen desinunt nucleum arrodere. Ego sic judico ex iis que hucusque ab ipso vidi: quam enim dedit in Actis anni 1686 seriem pro quadratura circuli, non vacat examinare, quod lege prograditur, et an sit justa; et si sit, nil novi, nil rari deficit; sed fallor, dedit utique aliquip insoliti, quadravit enim circulum saltem per seriem; ergo per seriem, ex data linea construit Mundum Divinam menti analogum. O lepidum creatorem! sed joco id dixerim, animus non est offendere quemquam, forsitan est Tuus amicus, forsitan est Vir egregius; licet id nondum impotest per scripta sua; nihil tamen laudi ejus detrahatur. Videatur ut dicam quod res est, easdem sibi quae Nieuwentiito minutas obstatculo esse, quoniam nostra amplecti velit. Interim ex ejus rationicio quo exverteat conatur quadraturam parabolae, liquido fluit, nec ipsum triangulum rectilineum habere rationem subduplicem ad rectangulum circumscriptum, sed quia sanas mentis Geometra, praeter Claverium, id negabit? Vale et ama etc.

Groningae d. 21 Iuli 1696.

P. S. Nostina jam (quod aliquoties significare volui) quod Wallisius Opera sua universa duobus voluminibus contenta in folio cum argumentis de novo in lucem emiserit? Multa quidem habet, quae Te concernunt; sed calculum differentiale non ita laudat, uti decet. Suos Anglos, pro more suo solito, mirum quantum extollit. Pras illis nil fere est quod alii fecerunt.

Aegrotatne adeo Serenis. Tuis Elector, ut novellae nobis peribent? Audio Electorem Brandenburgicum brevi in urbe vestra expectari; si hoc est, posses ex Ministris Ejus vel ipso illustrissimo Danckelmanno exciscari, quid factum sit de sede mathematica Halensi. Dn. Ritmeyerus, quem mihi commendasti, retulit, illam etiamnum vacare; si nunc offeretur, sane non prorsus reijcerem. Ultimo cursore accepi literas a Duo. Menckenio, sed nullam facit mentionem prioris mei schediastatis, abeo ut nescias an problema meum pmi sit impressum necne: scribit se accepisse aliquid a fratre meo Actis inserendum de curva Beanniana; subvereor fere ne iterum dentem suum canimum auctorit contra eis quae de ipsa hac curva proximo Februario a me prodierunt. Si quod vereor, verum deprehendendo, ego Jovem lapidem jurare audeo, hac vice minime tacebo; alias putabit sibi omnia in me licere mecum moderationem et longanimitatem pro defectu responsionis interpretabitur. Nescio quid cavillari possit in iis, quae deensionis tantum loco protuli contra Nieuwentium, nisi forsan novelam curvam illam nihil aliud esse quam ipsissimam Logarithmicam, cuius applicata ad axem non in angulo recto, sed semirecto insistunt; sed si hoc allegaret tamquam novum sumum inventum, risu sese expuneret, cum et ipsi Cartesius jam innotuerit, ut ex Epistolis ejus apparet. Haec in antecessum moneto, ut si forte conjectura mea vera sit, eorum recordari possit. Cures, rogo, ut inclusae ad manus Dni. Menckenii tuto perveniant. Schediastico vero retineas, donec Tuam solutionem publicare animus sit, ut simul Lipsiam mittantur. Forsan nunc receperisti Acta, ut milles dicere possis, an problema meum in illis sit. Iterum Vale.

### Beilage.

#### Joh. Bernoulli

*Careatura Radii in Diaphanis non uniformibus. Solutio Genius analyticus inventa et synthetice demonstrata Problematis a se in Actis 1696 p. 269 propositi de inventienda Linea Brachystochrona, id est, in qua grave a dato puncto ad datum punctum brevissimo tempore decurrat, et Constructio Curvae Synchro-*

Tot quidem hactenus apparuerunt methodi, quas Maximorum et Minimorum vocant, ut nihil fere tam subtile restaret videatur hanc concernens materiam, quod earum acumine pen-

trare se posse non potent illi, qui se vel auctores ipsos vel autorum associas gloriabantur. Interim jurent, quantum volent, in verba magistrorum; videbunt, si tentare velint, nostrum problema minime coegeri intra angustos methodorum suarum limites, qui eo usque tantum sese extendunt, si ex datis pluribus infinitive quantitatibus inventienda sit una maxima vel minima. Verum ubi ipsae quantitates, quod in nostro contingit, ex quibus eligenda maxima vel minima, non magis sunt determinatae, quam si ipsum quod queritur, hoc opus, hic labor est. Prodicant Cartesius, Fermatius, Robervalius alique qui olim ita scriperit pro praestantia sua cuiusque methodi, tanquam pro foci et aris militabunt, et fateantur ingensie hic sibi aquam laedere. Non meum est nec eisiam vole aliorum inventa explodi. Praesisterunt utique multa, et finem quem sibi proponerant egregie consecuti sunt. Quemadmodum enim de hujusmodi Maximerum et Minimorum consideratione nil quicquam in eorum scriptis reperiatur: ita pariter, pro aliis quam communibus resolvidis, suas methodas non venditarunt.

Non ego pollicere universalem methodum, quia quis frustra quereret; sed peculiares modos, non solum quidem in hoc, sed in pluribus aliis succedentes, quibus problema hoc feliciter emendari, solutionemque mean, dum ali alias quærerent. Celeb. Leibnitio statim submittere decrevi, ut illam quondam cum publico communicaret cum sua, si quam reperiret; de quo quidem non dubitabam, sagacissimi Viri ingenium plus sati compertum habens: et reapse, dum haec scribo, ex privatis ejus literis, quidus me credo cohonestat, intelligo, supra spem ipsi placuisse problemata meum, et (quod illam, ut dicit, pulchritudine sua, ut pomum Ewan, ad se traheret) protinus solutionis factum esse compotem. Quid ali praestiterint, exitus monstrabit: dignum utique oportet sit hoc problema, cui solvendo aliquid temporis conseruent Geometrae, cum tanto viro, negotiis licet distractissimo, tale visum fuerit, ut horum suarum non inutiliter collocasse existimat. Et id ipsum illis suis lucri esto, quod si solvent ad secretissimas veritates, quas sine hoc vix est ut assequuntur, editum habituri sint.

Quidquid magia miramer, quam quod Hugenius primus inventi, in Cycloide vulgi grave facere descensus isocharonos, a quoque Cycloidis punto incipiat moveri; sed nescio, an non obstupescas plane, cum dixerit, hanc ipsissimam Cycloidem iso-

chronam Hugenianam esse nostram Brachystochronam quae sitam, ad cuius cognitionem duabus viis perveni, indirecta altera, altera directa. Insistendo priori, mirum consensum detexi inter curvitudinem Radii luminis in medio continuo variante et curvam nostram brachystochronam, aliquaque observavi, in quibus nescio quid arcani subest, quod proderit in Dioptricis. Quoniam hinc verum erit quod in propositione problematica assereram, non in nuda speculatione consistere, sed in aliis scientiis, in Dioptricis puta, usum habere quam maximum. Sed ut quae diximus re ipsa confirmetur, en priorem solvendi modum?

Fermatius in Apostola ad De la Chambre (Vid. Epist. Cartesi Edit. Lat. Tom. III. p. 147 et Fermatii opera Mathem. p. 156 seqq.) stabilivit, radius luminis ex medio rario in densius transuentem ita refringit ad perpendicularium, ut, habita ratione temporis, radius (qui a puncto luminis ad punctum illuminatum successive procedere supponitur) via faciat brevissimam: ex quo principio ostendit, sinus anguli incidentis esse ad sinus anguli refractionis in ratione data directe mediorum raritatis vel reciproca densitatium, id est, in ipsa ratione velocitatum, quibus radius media penetrat. Quod postea acutissimum Leibnitius in Act. Erud. 1682 p. 185 seqq. et Celeb. Hugenius in suo Tractatu de Lumine p. 40 succinctius demonstrarunt, ipsiusque principium physicum vel metaphysicum potius, quod Fermatius sua demonstratione geometrica contentus, et facile nimis de jure suo decedens, Clerseleio urgente, deseruisse videtur, validissimis argumentis adstruxerunt.

Si nunc concipiamus medium non uniformiter densum, sed velut per infinitas lamellas horizontaliter interjectas distinctas, quarum interstitia sint repleta materia diaphana raritatis certa ratione accrescentis vel decrescentis; manifestum est, radius quem ut globulum consideramus, non emanaturum in linea recta, sed in curva quadam (notante, id jam et ipso Hugonio in eodem tractatu de Lumine, sed ipsum curvae naturam minime determinante) qua ejus sit naturae, ut globulus per illam decurrens celeritate continua aucta vel diminuta, pro ratione graduum raritatis, brevissimo tempore perveniat a puncto ad punctum. Constat quoque, cum sinus refractionum in singulis punctis sint respecti ut raritatem medi vel celeritates globuli, curvam habere eam proprietatem, ut sinus inclinationum suarum ad lineam verticali sint ubique in eadem ratione celeritatum. Quibus premisis, nullo negotio per-

sipicitur, Curvam Brachystochronam illam ipsam esse, quam formaret radius transiens per medium, cuius raritates essent in ratione velocitatum, quas grave verticaliter cadendo acquereret: sive enim velocitatum incrementa dependant a natura medi magis minusve resistentis, ut in radio, sive abstrahatur a medio et ab alia causa acceleratio, eadem tamen lege generari intelligatur, ut in gravi; cum utroque in casu curva brevissimo tempore percurri supponatur, quid vetat, quo minus altera in alterius locum substitui possit?

Sic generaliter solvere licet problema nostrum, quancunque statuamus accelerationis legem. Eo enim reductum est, ut queratur curvatura radii in medio secundum raritatis, prout libenter, variante. Esto ergo medium FGD (fig. 79) terminantium ab horizontali FG, in qua punctum radians A, verticalis AB axis curvae datae AHE, cupus applicatae BC determinant raritates medi in altitudinibus AC, vel velocitates radii seu globuli in punctis M; radius incurvatus ipse qui quascitur, AMB. Vocentur AC, x; CH, t; CM, y; differentia Cc, dx; different. nm, dy; diff. Mm, dz; constans quedam ad arbitrium assumpta, a. Erit accepta Mm pro sinu tota, mn sinus anguli refractionis seu inclinationis curvae ad verticali, et proinde per ea, quae modo diximus, mn est ad HC in ratione constante, id est, dy.t = dz.x; quod hanc suggester aequationem, ad y = t.dz, seu ad y<sup>2</sup> = t.dz<sup>2</sup> = t.tdx<sup>2</sup> + t.tdy<sup>2</sup>, quae reducta generaliter dabit aequationem differentialem dy =  $\frac{t.dz}{\sqrt{a^2 - t^2}}$  pro curva AMB quiesca. Atque adeo una opera duo insignia problema, optimum unum, mechanicum alterum, ultra quam ab aliis petebam, resolvi, ostendique, quavis ex diversissimis Matheseos partibus sint desumpta, ejusdem tamen esse nature.

Sumanus jam speciale casum, et quidem hypothesis communem a Galilieo primitus introductam et demonstratam, quod velocitates gravium cadentium sint in ratione subduplicata altitudinem emensuram; in hoc enim proprie questione tenor consistit. Quo supposito, curva data AHE erit parabol, id est, tt = ax et t =  $\sqrt{ax}$ , quae si substituantur in aequatione generali, habebit haec dy =  $dx\sqrt{\frac{x}{a-x}}$ , ex qua concilio Curvam Brachy-

stochronam esse Cycloidem vulgarem. Si enim circulus GLK, ejus diameter = a, rotetur super AG et initium rotationis sit in ipso A, describet punctum K cycloidem, quae reperitur eadem habere aequationem differentialem  $dy = dx \sqrt{\frac{x}{a-x}}$ , positus AC, x, et CM, y; potest tamen hoc a priori et analytice inveniri sic:  $dx \sqrt{\frac{x}{a-x}} = \frac{xdx}{\sqrt{ax-xx}} = \frac{-adx+2xdx}{2\sqrt{ax-xx}} + \frac{adx}{2\sqrt{ax-xx}}$  est autem  $\frac{adx-2xdx}{\sqrt{ax-xx}}$  differentialis quantitas, cuius summa  $\sqrt{ax-xx}$  seu LO; et  $\frac{adx}{2\sqrt{ax-xx}}$  est differentialis ipsius arcus GL; ideoque, summata aequatione  $dy = dx \sqrt{\frac{x}{a-x}}$ , habebitur y seu CM = GL - LO, ergo MO = CO - GL + LO; quoniam vero (assunta CO = semiperipherie GLK) CO - GL = LK, erit MO = LK + LO, et absta communi LO, erit ML = LK; quod docet curvam KMA esse Cycloidem.

Eccce iam alteram viam, qua directe ad solutionem perveniunt horizontales, a qua grave descendit AL (fig. 71), quam oblique secant duas lineas MK, mK angulum facientes infinite parvum MKm: nunc ex omnibus arculis concentricis Ce, Mm, Ce etc. centrum habentibus in K quoque illum Mm, quem grave ex altitudine sua DM delapsam brevissimo tempusculo percurrat, quo cognito habebo relationem inter MN et NK; verum ex infinitis arculis Mm compositur ipsa curva brachystochrona quiescita AMB, cuius radius circuli osculatoris est MK, quo determinato determinatur etiam curva AMB.

Cum igitur secundum hypothesis communem Galilaeam (generalem solutionem, quam quilibet ad hujus initiationem nullo labore adinveniet, brevitatis erga omittimus) celeritates in C, M, C sunt ut  $\sqrt{CG}, \sqrt{MD}, \sqrt{CG}$ , seu ut  $\sqrt{CN}, \sqrt{MN}, \sqrt{CN}$ ; ipsi vero arcu; Ce, Mm, Ce ut radii CK, MK, CK; atque cum spatia divisa per celerites dent tempora, erunt tempuscula per Ce, Mm, Ce ut  $\frac{CK}{\sqrt{CN}}, \frac{MK}{\sqrt{MN}}, \frac{CK}{\sqrt{CN}}$ , et quoniam tempusculum per Mm debet

esse minimum, fit (positis NK, b, et MN, s)  $\frac{MK}{\sqrt{MN}} = \frac{b+s}{\sqrt{s}}$  =

minimo, ejusque proin differentiale  $\frac{-bds+sds}{2s\sqrt{s}} = 0$ , unde s = b. Curva itaque quiescita ejus debet esse proprietatis, ut habeat utique radium circuli osculatoris vel ut Hugenio dicitur, radium evolute MK duplum suae portionis MN inter axem et curvam intersectae. Verum ut ab ipso Hugenio aliisque demonstratum habemus et facile a priori, ut ante, nisi brevitat stideremus demonstrare possemus, proprietas haec cycloidis est. Unde et hac via directa rursus incidimus in identitatem Brachystochronae cum Cycloide, quod sane non exiguum pondus addit veritati corum, quae de curvatura radii diximus, apud illos praesertim valitum quibus hummodi indirecta ratiocinia suspecta habentur.

Sed ut illi quoque qui nostro calenduli genere minus versati sunt, habent quod intelligent, dignentur attente perlegerem demonstrationem syntheticam, quae utt facill et cuivis obvia, meo tamen iudicio insoliti quid et inexpectati in se continet, ut forsitan curiosis penitus in hinc mysterio inquirendi susan sit praebitura.

Sunto duo puncta data A et B, per quae transeat cyclois AMB initium sumens a puncto superiori A, dico mobile M libere descendens gravitate sua ab A per cycloidem AMB breviori tempore perventum ad B, quam si descenderet per quamcumque aliam curvam ACB supra infrave descriptam a puncto A ad punctum B. Sint MK, mK dues normales ad cycloidem quam proxime, secantes lineam ACB in punctis C, e, et concurrentes in K, quo centro describatur arcuas Ce. Ducantur ad horizontem AL perpendiculares MD, CG, junctaque DK secanti CG in H agatur parallela GJ, atque tandem sumatur ad MD, CH tercia proportionalis CF. Jam ex proprietate cycloidis MN = NK, ac prouide CN = NJ, et quia  $\square CN + \square NK > 2\square CNK$ , erit  $\square CN + \square NK + 2\square CNK$  id est  $\square CK > 4\square CNK = \square MK \times CJ$ , ergo MK.CK < CK.CJ; est autem MK.CK :: MD.CH :: CH.CF, et CK.CJ :: CH.CG, ideoque CH.CF < CH.CG, et per consequentem CG < CF. Num per regulas recipias gravium descendentium patet tempuscum, quod grave descendens ex horizonte requirit ad percurrandam lineam Mm, esse ad tempuscum, quod grave descendens ex eodem horizonte requireret ad percurrandum arcuam Ce, in ratione composita ex simplici directa spatiorum percurendorum Mm, Ce et subduplicata reciproca

altitudinem  $MD$ ,  $CG$ , id est tempus per  $Mm$ . tempus per  $Ce$  ::  
 $\frac{Mm}{\sqrt{MD}} : \frac{Ce}{\sqrt{CG}}$  :: (ob  $Mm$ ,  $Ce$  ::  $MK$ ,  $CK$  ::  $MD$ ,  $CH$  ::  $\sqrt{MD}$ ,  $\sqrt{CF}$ )  
 $\frac{\sqrt{MD}}{\sqrt{MD}} : \frac{\sqrt{CF}}{\sqrt{CG}}$  ::  $\sqrt{CG} : \sqrt{CF}$ ; quoniam autem  $CG$  ostensa est  
 minor quam  $CF$ , erit etiam tempus per  $Mm$  minus quam tempus per  $Ce$ , et potiori jure minus quam tempus per  $Ce$  hypotenusem trianguli rectangulari  $Cec$ . Ergo tempus per omnes  $Mm$ , id est per cycloideum  $AMB$  est minus quam tempus per omnes  $Ce$ , id est per lineam  $AeB$ . Q. e. d.

Ostendendum adhuc restat (ut problemati plenissime satisfiat) quoniam a puncto dato tanquam vertice describenda sit brachystochrona seu cyclois transitura per aliud punctum datum, quod sic facilius expeditur: Conjugantur duo puncta data  $A$ ,  $B$  (fig. 72) per lineam rectam  $AB$ , et super horizontali  $AL$  describatur cyclois, quaecumque liberter, initium sumens in  $A$  secansque rectam  $AB$  in  $R$ ; quo facto fiat ut  $AR$  ad  $AB$ , ita diameter circuli generis cycloidis  $ARS$  ad quartam, quae erit diameter circuli generis cycloidis  $qAS$  quiescere  $ABL$  transiujera per  $B$ .

Antequam finiam, non possum quin iterum admirationem meam prodam, animo revolvens inexpectatum illam identitatem isochroneam Hugenianae nontraeque Brachystochronea. Quod notabile preterea existimo, illud est, quod haec identitas in sola hypothesi Galilaei reperitur, adeo ut vel eo conjectare licet illam Naturam esse consentaneam, quod quemadmodum semper operari solet modo simplicissimo, ita et hic per unam eademque lineam praestet duo diversa officia, cum in quavis alia hypothesi duabus ad id opus esset lineis, alia nempe pro oscillationibus aequidistantibus et alia pro celerissimo descensu. Ut si ex. gr. celeritates gravium eadem sunt non in subduplicata, sed subtriplicata ratione altitudinem, brachystochrona foret algebraica, isochrona autem transcendentis; verum si celeritates essent ut ipsae altitudines, utraque fieret algebraica, illa quidem circularis, haec vero recta.

Non ingratis fore Geometris judico, si appendicis loco solutionem ipas dederim problematis consideratione pariter dignissimi, quod ex occasione precedentis inter scribendum in mentem incidit: Quæratur in piano verticali curva (fig. 73)  $PB$  (quam Synchronam appellare licet) ad cuius singula

puncta  $B$  grave ex  $A$  descendens per cycloides conterminas  $AB$  aequali tempore perveniret. Sit  $AG$  horizontalis et  $AP$  verticalis: sensus problematis talis est, ut descripta super  $AG$  cycloide quacunque abscindatur ex illa portio  $AB$ , ad quam percurrentiam ex  $A$  descendens grave idem tempus requirat, quod requireret ad descendendas ex determinata altitudine verticali  $AP$ ; quo peracto erit punctum  $B$  in curva synchrona  $PB$  quam querimus.

Si attente considererentur ea quae supra diximus de radio luminis, hanc obscure patet hanc curvam eas ipsam esse, quam Hugenius in suo tractato de Lum. pag. 44 in schemate suo per lineam  $BC$  representat vocatque  $u$  i. d.  $m$ , quae quemadmodum omnes radios ex puncto luminoso emanantes normaliter secat, eis optimè notat Hugenius, ita et nostra  $PB$  omnibus cycloidibus  $AB$  commune initium  $A$  habentibus ad angulos rectos occurrit. Quod si problema hoc modo in pure Geometricum reductum proponere libuisse, In venire scilicet curvam quae omnes cycloides communis initii normaliter secat, profecto res magna molis fuisse, Geometris ne dicam insuperabilis. Loco quo ex altera facie qua descensus gravium respicit, consideratum ita facilissime constru: Sit Cycloids  $ABK$  circularis generis  $GLK$ , ejusque diameter  $GR$ ; abscindatur arcus  $GL$  aequalis mediae proportionali inter determinatam assumptam  $AP$  et diametrum  $GR$ : dico ductam  $LB$  parallelam horizontali  $AG$ , secare cycloiden  $ABK$  in puncto  $B$ , quod erit in curva synchrona quiescita  $PB$ . Si quis methodum suam in alio exercere velit, quærat Lineam quae ordinatus positione data curvas (non quidem algebraicas, quod hanc arduum foret, sed) transcendentes ex. gr. logarithmicas super communi axe et per idem punctum duetas ad angulos rectos secat.

## XXXI.

## Leibniz an Joh. Bernoulli.

Jscundum milis fuit videre consensum nostrarum problematis a Te propositi solutionum, cum ejusdem lineas constructiones, licet diversas, dederimus. Ego contentus fui reperisse, quomodo

linea per tetragonismum circuli construi possit, non immoratus problemati, egregio licet, quod vix, ut aggrederer, a tempore meo impetrare poteram. Tu longius progressus cycloidem ipsam esse pulchre reperisti. Quod editionem attinet, consuluerim adhuc non nihil expectari, ut appareat quid ali quoque praestent, imprimit Dominus frater Tuss, imo et Dominus de Tschirnhaus, praesertim cum terminum, si fallor, assignaveris. Cum Dominus Marchis Hospitalius (a morbo gravi restitutus) etiam ad me nuper alia occasione scripsit, sese nunc a meditationibus ejusmodi abstinere debere, putem ipsi Solutionem posse communicari, si Tibi ita videatur, et posse inseri problematis propositionem in Diarium Eruditorum Parisiensem, ut viri docti excidentur. Idem etiam in Italia facientes puto. Spero Tua Mensi Junia inserta esse, etsi nec verbo ad me attingerit Dns. Menckenius. Necdum ego Junium accepi, negligenter libaria nostri, qui credo numdinas Brunszwicensis mot instantes expectat. Interim mouit Dnus. Menckenius, ut si nondum factum, mature Tua edi curet.

Ceterum ubi solutionis comprobacionem edere vel communicae placebit, suaserim viam illam directam, quam vocas, seu posteriorvm, non edi, cum prior sufficiat ad demonstrationem, et posterior praeter necessitatem aliis ante tempus viam aperiat. Praesta enim (ut puto) nonnulli adhuc suspensus alios teneri, ut vel ipsi inventiani aliquid fortasse a nostris diversum, quod angebi scientiam; vel agnoscant, non esse haec tam facilita, ut quidam putant, coquae diligentias has methodos aliquando inciventur. Methodus mea nonnulli a Tua diversa est, sed tamen eodem duxit, quam ut sequuntur est, et ut Tuo candori pari ingenuitate respondet, sic paucis habeto. Concepimus scilicet pro curva polygonum infinitangulum, video id fore omnium possibilium facilissimum descensus, si sumitis in eo (fig. 74) tribus punctis vel angulis quibuscumque A, B, C, sit punctum B tale, ut omnium punctorum in recta DE horizontali, hoc unum det viam ab A ad C facilissimum. Res ergo credit ad solutionem problematis facilis: Datis duobus punctis A et C recta horizontali inter ea cadente B, E, inventire in hac recta punctum B tale, ut via ABC sit facilissima. Ubi prodeunt, quae in novissimis literis notavi circa elementa abscissarum ordinatarum et arcuum: si scilicet infinite parvum inter puncta A, B, C, ponatur intervallo. Nec opus est ut aliquid ultra apud Te addam, et transcribere calculum non vacat, nimis distracto.

Mitto ecce quae Dn. frater Tuss mensi Julio inseri curavit circa problema Beunium extensum, ut vocat, transmissa mihi a Dno. Menckenio, quia me tangunt. Videbis nihil ibi esse, de quo queri debes. Vult in quibusdam a me dissentire, quorum aliqua non sat intellego, tum quia figurae absunt in his quae misit Dns. Menckenius, tum etiam quia nondum possum rem considerare et prioribus conferre. Ut ego rem capio de punctis sequidentiis assumptibus non videtur esse difficultas. Quod deviationem navis attinet, fateor, si circumstantias practicas negligamus, et rem ruderis concipiamus, posse dici eadem esse deviationem, quoconque vento: quamquam rem paulo accuratius adhuc examinare aliquid velim, sed majore otio. Dn. Frater Tuss proponerat acquisitionem differentialem solvendam; eam redire ad aliam, quam non difficulter solvimus, notavi; et id nunc fassus dat hujus ipsius solutionem praeter necessitatem, cum mihi et Tibi quoque non possit esse ignota, et Domine Marchioni olim a me fuerit prescripta. Sed videatur quaesuisse ut primus ederet.

Mitto et quae Dn. Nieuwentit petit Actis inseri circa problema Beunium a Te solutum, quibus Tibi respondeat. Mihi videtur non esse tanti que dicit, cum problema hoc sit iam sat elaboratum, ut aliquid ultra addendum non videatur; et scripsi Duo. Menckenio, hortandis potius Daum. Nieuwentit, ut aliquid novum attingat, in quo suas vires experiri possit; praesertim cum Methode, nescio quam Barrovianam, vel suam jactet, cuius utile est si melior det specimina. Misi tamen Tibi, ut cum iudicio Tao, si placet, remittas. Mea mens non fuit, ut Tu ad eum scriberes, sed potius ut ille ad Te.

Gratias ago pro reliquis excerptis Hugenianis. Videbat interdum paulo rigidius judicare. Ex. gr. cum de Weigelio, viro docto et bene animato, contentum ideo loquitur: Matheoseo imperitem dicere iniquum est, etsi non satis peritus sit artis Analyticas profundioris. Cum reliquis Temos obtinebis, itidem excerpta robago.

Quod descensum gravium attinet, nondum agnoscere potui, quomodo fieri queat, ut materiae gravitiae partes totam vim suam in grave transferant. Si homo malleo percutiat puppim, singulis sequentibus spatii intervallis, non tamen tota vis mallei potest in navem transferri. Et difficulter elici potest, ut quovis spati intervallo fiat ictus, per quem aquilis vis navi accedat. Posita tamen tali hypothesi, omnia pulchre procedunt. Hoc dico, ut Tibi occa-

sionem deum perficiendi cogitata, praesertim cum mibi applicatio ad gravitatem difficultis videatur. Facile efficitur amissio virium aquabilis secundum spatium, acquisitio non item.

Quod attinet a me assumta, falso propositionem illam, quod actio faciens idem, brevi tempore, sit major, posse assumi ut Axioma; sed scito apud me omnis Axiomatica abhibendi desiderari demonstrationem, aliquip imperfectam esse scientiam. Et qui hoc Axioma demonstrabit, simul credo et ad illud alterum, coius desideratus demonstratio, viam aperiet. Minime tamen improbo, si quis talia sine demonstratione assumat. Casterum sunt (opinor) quedam, que sine illo principio altero non demonstrabuntur. Obscurum non puto, si recte intelligatur. Nobis tamen sufficerit assumptum a me pro aestimanda actione aequali et potentia, donec ejus quoque occurrat rigorosa quedam demonstratio. Semper distinx actionem a potentia, sed quomodo inferatur ab una ab aliis, in novissimis exposui, idque putavi Tibi placitum.

*Brachystochronae* appellatio magis mihi placet pro generali significacione; *Tachystoptoea* vero nomen possit speciali accommodari, cum agitur de gravis descensu seu casu. Per pulchra mihi videntur, quae habes de linea radii in medio continue variante, et de linea alias infinitas normaliter secante, quod problema exci mereatur.

De Du. fratre Tuo juniore, et libro suo etiam ad me scriptis  
Du. Marchio Hospitalius. Miror quod frater non dittus haeserit  
Parisiis.

Wallisiana opera vidi, et quae in ipsis Newtonianis, in quibus sperabam reperire aliquid amplius pro Methodo tangentium inversa; interim virum esse egregium fatendum est. Wallisius antiquum obtinet cum multis alii Anglis, ut de rebus aliorum loquatur commentis. David Gregorius, in libro quodam optico novissimo, secundum consilium meum in Actis datum, pro sectionibus conicis substituit circulos osculantes; video aliquando, ubi ipsum liberum video, an sit professa per quem proferit.

A Domino Fullenio, Professore Matheseos Franequeriano, Hugeniorum Manuscriptorum curatore, non memini aliquid me videre. Puto neminem nunc esse in Batavia post Hugeni obitum (Haddenio demto, sed quem aliam jam cogitationes tenent), qui Tibi nota cogatur submittere fasces.

Cum transiect Elector Brandenburgicus, nondum Tua accep-ram, et si accepisset, non habuisse occasionem colloquendi cum primo Ministro ob breve hic moram. Spero ad redditum apud nos mansurum, et tunc inquiram. Cum ad novissima Du. Fratris Tui respondere vacabit, potero me erga Te promisso defungi.

Dominus frater Tous misit mihi quoddam suam disputationem De seriebus infinitis summandis, ubi tamen nihil notavi, quod novum mihi videatur. Item quoddam scriptum Domini Hollanderi. Hec omnia Tibi visa puto. Misit mihi etiam paucales quoddam Analyses suas datarum in Actis, quae possint aliquando servire additionibus pro ea quam molior Scientia infiniti. Sed a Te phara ejus generis spero. Vale, et has scientias praeclaris ingenii Tui footibus ornare perge. Ita plurimum volupsum capiet etc.

Hanoverae 31 Jul. st. v. 1696.

### XXXII.

Joh. Bernoulli an Leibniz.

In eo eram, ut aestivis hisce feria ad Te expatiando ipse harum latorem agerem, quo viva conversatione Tua jam a longo tempore mihi desiderata ad satietatem frui potuisse; sed iter grandissimum, oeconomia nondum constituta, et sautus nondum restituisti unici mei filioi per aliquot jam mensis periculose negotiantis, a proposito me abduxerunt et in aliam occasionem id dif-ferre me fecerunt.

Cum Tibi transmitterem solutionem meam problematis a me propositi, utique mens mea non fuit, ut illam statim publicares, sed expresse Te rogavi, ut quondam illam edas cum Tua; volui tamen in tempore Tibi mittere, ut si forte opus fuerit, testari possis, me non eum in finem proposuisse problema, ut aliorum Solutions, si quae appariri aere sint, mihi sub velata facie arrogare possent, id quod fratri meo admnodum solemne est. Optime ergo facis, si expectas terminum assignatum, nimisrur anni hujus finem. Non puto Du. Tschirnhausius hic quicquam praestitum, cum

nequidem in Catenaria aliquid praeterit, quis forsan sua applicatione haec non digna cesseret. Sed quantum ad fratrem, hic Rhodus, hic saltus! videbimus an iterum ova ante prandium appositorum sit. Communicabo Dn. Marchioni Hospitalio solutionem si illam petierit. Non displicet problematis propositionem inseri posse in Diarium Parisiense et Italicum: oportet autem ut Tuto hoc enres, etenim cum Italii nihil mihi commerci est; Auctor vero Diarii Parisini adeo nostra diligenter (quod sapientius sum) ut forsitan terminus prius elaberetur, quam problema lucem videret. Quod Dnus. Menkenius nec ad Te nec ad me verbo attigerit, dubito an mensis Junie mes inserta sint, licet illum iteratis vicibus instanter rogarerem, ne de brevitate termini pro solutione problematis concessi conqueri licet. Quod si finem hujus temporis expectaveris, non video quid impedit, quoniam altera mea solvendi via, quam directam voco, simul cum priori edatur; tunc enim alia non amplius ante tempus viam aperiet, sed bene lucem accedent pro aliis hujusmodi inquisitionibus instituendis, quibus Maximorum et Minorum methodus mirifice extendi potest, ut ipse agnosces, si illam paulo penitus contemplari habeas. Adile quod jam in propositione problematis immurum, dñobus diversis modis me ad eandem solutionem pervenisse. Tunc solvendi modus nihil fere diversus est a meo priori, concipiendo enim viam facilissimam a puncto ad punctum per punctum quaevisit, jam involvi problema Fermatianum, illudque de novo calculus, quod a Fermatio aliquippe et a Te ipso Act. 1652 p. 186 jam calculatum habemus, atque quid ego supposui.

Dicis Te mihi mittere, quae Frater meus mensi Julio inseri curavit, sed non misisti; haul dubie Schedam literis includere obligatus es; rogo ut illam mittas cum proxime Tuis futuris. Quam proposerat aequationem differentialem solvendam, plane non aestimo; quid enim facilius est quam infinitas hujusmodi aequationes excogitare, quas illi qui illas proposuit semper nullo labore solvet, eo quod ipse illas per synthesis ita formaverit, loco quod alii forsan per totam vitam frustra insundaret. Non secus ac quiris in Algebra Tyro non difficulter aequationem vel viginti dimensionum compонere iterumque solvere potest, quam tamen versatissimum Algebraistae nequidem aggredi auderet.

En remitto Schedam Dni. Nieuwentiti; gratias ago pro communicatione; meum judicium scripsi ad marginem, ut si forte Dn.

Menkenius hoc schediasma Actis inserere velit, simul responsionem quasi suo nomine adjicere possit. Sunt enim tam frivola, ut vel Geometrias imperitos paralogismos palpare queat, nec a me impetrare possum, ut illa formalis responsione digner. Miror qui fieri possit, ut Dn. Nieuwentiti in re aeo levicula hacere possit: concedi bonitatem constructionis meae (quam tamen in suis considerationibus pag. 41 rite examinatam ad absurdum deducere disterre dicit) sed omnisi ipsius objectio in hoc consistit, quod patet subhendendum esse  $r dx = + z dy$ , non autem  $r dx = - z dy$ ; interim dormitans iste Homerus confundendo  $dx$  affirmativum cum  $dz$  negativo, non consideravit quod existente  $dx$  ab una parte affirmativo, et ab altera negativo,  $r dx = + z dy$  sit idem quod  $r dx = - z dy$ . Ceterum magnam habet farraginem solutionum problematic Beaumonti, quarum operosus calculus et tota literarum confusio non permiserunt, ut illas examinarem. Quid tandem haec omnia contra me, qui volvi probitatem constructionis meae unice defendere? Hoc autem feci et ille factum agnoscit: ergo nil amplius rei nihili est cum illo. Si quid scrupuli inventi in calculo differentiali, id jam Te illius Auctorem concernit. Desero ego pastrum. Interim rursus dico, Dn. Nieuwentiti aut pertinxat est aut indecens. Potius sum tandem reliqui Actorum Tonis, sed marginalia Hugeniana exscribere nondum vacavit; ea Tibi prima scribendi occasione transmittam.

Cum nihil dicas de modo meo distinguendi inter actionem venti et illam materiae gravilcae, puto ex silentio Te consentire, quod numerus ictuum sit spatio proportionalis. Quod de homine puppum malleo pertinente dixeram, nihili negare non debes, erat enim tantum hypothesis. Revera tamen necesse est, ut malleus totam suam vim in navem transferat, si dum percutit, incomparabiliter celerius moveatur quam ipsa navis; id quod facile possum demonstrare, nam post ictum malleus eam saltu retinet celeritatem, quam navis jam habet, id est infinitesimam partem celeritatis, qua malleus in navem impingit; ergo retinetibz eum tantum infinitesimam partem suae vis quam ante ictum habebat; et proinde tota mallei vis, dentia infinitesima parte, id est nihil, translata est in navem; abstracto enim hic a materia ambiente, in qua aliqua pars vis absorberi potest, et suppono navem esse solidissimum et omnis tremoris expertem. Hinc, ni fallor, satis perspicitor, quod etiam particule materiae gravilcae totam suam vim in grave

transferre debeat, si modo concedatur post ictum non statim repercuti, quod et ipse jam concessisti.

Oporet ut definias quid per actionem intelligas; alias nihil unquam demonstrari poterit. Omnis veritas aut est Axioma aut ex Axiomatibus derivata; oporet ergo ut ad demonstrandum illam in aliquo Axiomate subsistas, ne in infinitum progrederis; miror itaque quod dicas, Te omnia Axiomatica adhibendi desiderare demonstrationem. Quidni et in dubium vocas, an Totum sit majus sua parte? Sed ut ad actionem redeam, da mihi definitionem nominis et facile difficultatem dilatum. Si enim per actionem intelligas solum effectum non considerato quanto tempore sit productus, tunc utique actio A faciens idem brevi tempore, non erit major, sed aequalis actioni B facienti idem longo tempore, quia effectus producti sunt aequales. Si vero per actionem intelligas compositum ex effectu productu et tempore, tunc actione A major erit quam actione B. Hac, ni fallor, nintetur sensu communis: sin minus, mentem Tuam non satis assequor.

Cum meam curvam appellarem Brachystochronam, id feci ex consideratione Isochronae Hugenianae, ut cum eadem curvae competant, habeant etiam nomina quam maxime affinia. Nihil dicis de curva, quam appello Synchronam, equamque adeo simpliciter construere, etiam si pro illa nullam inventerim aequationem differentialem, nec hucusque aliquam inventiendi viam perspiciam. Vellent novas hanc speculationis otiosas aliquot momenta tribueres, ut et alteri illi exemplo, quod proposui de inventienda curva omnibus Logarithmicois communis axis et ex eodem puncto descripsiis normali. Scire Te velim hujus mihi solutionem esse repertam, paulo post ultimas meas ad Te cursori traditas. Inveni quid sit curva ex Percurrentium genere, ut voco, quam proinde ope ipsius Logarithmicae facilmente construa. Est sane exemplum, ubi calculi percurrentis usus insigniter eluet.

Wallisius Newtonum Methodum paucis quidem explicat; ex illis paucis tamen video quod in re nequam differat a calculo differentiali, ut ipse Newtonus fatetur in suis Princ. Phil. nat. p. 254. Quod in hoc dicitur differentiale, ibi est fluxio, et quod in hoc summa, ibi fluens. Et nervus hujus methodi, ut et calculi differentialis ad duo haec problemata redit: Datis quantitatibus fluentibus, invenire earum fluxiones; et viceversa: Datis fluxionibus, invenire earum fluentes. Locis

literas d ad designandam differentiam primam vel fluxionem utitur puncto supra scripto; pro differentia secunda, vel fluxione fluxionis denotanda utitur duobus punctis, et in porro. Sic  $dx$  est  $\dot{x}$ ,  $d^2x$  est  $\ddot{x}$ ,  $d^3x$  est  $\dddot{x}$  etc. Caeterum processus ipse operationis est utrobius idem, ideo ut nesciam amon Newtonus, Tuo calculo viso, suam denum Methodum fabricaverit, praeferim cum ex loco citato videamus Te ipsi Tuum calculum communicasse, antequam ipse suum edidisset Methodum. De cetero Wallisius Tom. II. p. 394 modum explicat, quo nimirum Newtonus ad radicem extrahendam ex aequatione fluxionem radicis involvente, et quidem per seriem. Sed universali meae serieris palmarum non praescripsit. Est enim ille modus Newtonianus admodum operosus, et fere idem cum Tuo, quem vero longe succinctiorem et ad praxim aptiorem reddidisti in Act. 1693 p. 178. Legitime ultima verba explicat method. Newton. p. 396? Quod agnitus est a quodam etc. Ille quidam quem ne nominare quidem dignatur, est frater mens; vides quantum ipsi obstrictus sis, quod Wallisius Author fuerit, ut tam honorifice de Tuo calculo sentire, dicendo totum desumtum esse ex methodo Barroviana, excepta superaddita formulae analysis brevium et commoda rum adaptione illius theoriae. Non dubito quin persuasis sis, Te habere in me sequiorem estimatorem Inventorum Tuorum, quam in fratre, qui illa etiam subtilissima cum artificiosis Praestigiatorum comparat in Actis superioris anni p. 552.

Dn. Fullenius in Cartesiana quidem satis, sed non item in interiori Geometria versatum puto. Memini quod ante quindecim circiter annos, cum in utraque adhuc hospes essem. Frater mens Dn. Fullenius crebro consultabat per literas super ea, quae tunc temporis non probe intellegebat in Cartesi Geometria; me etiam non defugit, quod Dn. Fullenius ipsi roganti omnia fideliter et (quod miror) patienter explicabat: nescio unde hoc commercium ortum sum traxerat (forte cum frater paulo ante in Batavis esset) et nescio item quo facto iterum intercederit; forte etiam cum frater Fullenius opera non amplius indigeret, hoc enim omnes beneficiorum immemores faciunt. Cum et Tu primis literis ipsi super literarum praestandas, ut absunde testatus est turpi suo silentio etiamnam foris duraturo, nisi illum in literis Tuis ad me datis quasi debiti postulasses. Quid Tibi videtur de scripto Hollanderi: habet

multa Astronomica, quae certis regulis coēret, quae tamen humanius pure fortuita videntur. Ex. gr. Regula ejus prima de inventiū obliquitate Eclipticæ terræ aut non est exacta et observationibus non respondet, aut debet a priori posse demonstrari ex legibus naturæ. Conditorum mundi non potuisse aliam obliquitatem Eclipticæ Terræ efficerre, quam quæ ita sit, ut ejus secans complementi sit exactissime media proportionalis inter radius et peripheriam. Verum talia demonstrari posse geometricæ ab humano ingenio non puto. Restat itaque, ut dicamus Dn. Hollanderum a posteriori rem agressum esse, et tentando plures Regulas tandem in aliquam incidisse, quæ cum observationibus quam proxime consentiantur. Sed si hoc est, quis genus illum duxit ad sumendum medium proportionale inter radius et peripheriam, ad habendum secantem complementi obliquitatis quæsitive? Cur non potius in aliis incidit Regulas, quæ forte magis obviae fuissent? Et ita in aliis?

Dn. Marchio Hospitalius mihi scripsit, se a Te intellexisse, me in Tusa partes transisse circa aestimationem virium: an verum sit? se enim non posse credere, quod communem sententiam deseruerim. Rescripsi, immo maxime verum esse, et obtuli ipsi, si velit, excerpta quædam ex mutuis nostris literis, ut plene videat rationes quæ me eo adigerunt: me non dubitare, quin si illas serio sit perpensurus, necum fiat transfuga et erroneam partem relinquat. Vale et Fave etc.

Groningae 15 Aug. 1696.

### XXXIII.

#### Leibniz an Joh. Bernoulli.

Ex Tuis novissimis video me oblitum addere meis fragmentum Mensis Julii Lipsiensis; id ergo nunc mitto, et vel ideo responderem festino. Fragmentum hoc retinere potes, cum totum interim Julianum una cum Junio in mundinis acceperim, et quia suspicor Junium nondum ad Te pervenisse, mittam plagulam ad Mathematica spectantem, ubi Hanoveram reversus fuero; nam inter scholas mecum huc allitas praeter spem non reperio. Videbis Dn. Menckenum desiderio Tuo satisfisse.

Ubi primum problema Tuum acceperam, aliquam ejus mentionem inieceram in literis ad amicos Italos eo ipso tempore missis, sed postea rem distinctius illis exposui addidique recte facinus, si in Diario suo mentionem ejus fieri curarent. Idem apud Gallos faciam, quia probas. Video ex Junio Te pariter et Dn. Fratrem Tuum quaedam in numeris Tschirnhausianis notasse, et Fratrem quidem, ita ut eum etiam provocare videatur, non tamen sine aliqua verborum humanitate.

De ambabus solutionibus Tuis edendis statnes quod e re videtur: nolim enim consili mei rationem habetas, ultra quam Tibi communum erit. Meritissimis laudibus Tuis ego nunquam intercedam, sed præco semper ero maximus. Methodum illam posteriorem distulsem adhuc nominihi, si Tuo esseum loco, vel ideo, quia latius patet, ne scilicet statim fontes illis indicentur, qui postea supprimunt indicatos, aut in rivos suos avertunt. Ego mea solutione pacis verbis defungar; tantum enim dicam, insigni veritatis indicio nos candem reperiisse lineam, et si ego constructionem ejus aliquam reperiisse contentus, primariam a qua denominatur non animadverterim, quæ Laus in solidum Tua est; quoniam si vidissim ego problematica Tui propositionem, qualis Junio fuit inserta, fuisset haud dubie ulterius progressurus, et fortasse etiam receptionem nomen deprehensurus. Habebam eandem, quam Tu ponis, aquationem differentialem, quam revocare poteram ad eam quam in Actis assignavi, olim Cycloidi; sed talia nunc animo minus observantur. Commune quidem hoc videham optico et nostro problemati, quod utrobique quaeritur via facilitata, sed cum in Optico motus uniformis per se a medio variationem aciperet, hic acceleratus esset, ego altoquì nihil aliud quam utrumque defungi cupiens, non ultra contul. Caeterum calculum faciens ordine nactus sum eas proprietas, quas Tibi transcripti, et potem similius viam et in aliis circa maxima profore.

Non memini amplius, quid Tibi scripserim olim de Methodo mea pro inventiū perpendiculari ad curvas ordinatum positione data, quam pro transcendentibus valere negas, rogoque ut mihi indices, in quo consistat. Saltem accommodari poterit ad transcedentes curvas aquatione exponentiali percurrente data. Et sane has eam expressiones semper pro perfectissimis habui. Expressiones percurrentes apud me sunt ut genus; exponentiales vero sum perfectissima carum species. Ad synchronam

Tuam et omnibus Logarithmici perpendicularare non est quod me voces; per pulchras esse non nego et Te dignas speculations, sed coger eas a Te potius quam a me sperare. Scis me, nonnisi vi quadam pellaci problematis Tui prioris coactum, ad ejus solutionem tentandam accessisse; sed saepe hoc facere non possum: quod agnosceres, credo, si coram videres, quae mihi sunt agenda toto caelo diversa ab istis. Et nunc etiam plura accessere, ex quo Serenissimus Elector me inter Consiliares status, quos vocant *Conseillers privés*, recipi jussit, quia saepe ad me deferentur quae pertinent ad iura domus aliaeque publica negotia.

De Nieuwientu ex vero, opinor, judicas, melius facturum, si agnoscas candide in quo peccavit, quam si palliando errorem utriusque laudis jacturam faciat, recti iudicij et animi boni. Specram ab eo meliora; eo enim sumus ingenio, ut de omnibus, qua licet, optimis sentiam. Libertatem mihi sumsi quadam in Tuis moliendi, ne nimis offendatur, v. g. pro „futilis“ methodus posui „imutis“; pro „turpiter“ contradicis posui „fortiter“; pro „ridicula“ aquatio posui „inanis“, sed ita ut mutatio mea non appareat.

Quoniam spem excurrendi ad nos facis, spero nos aliquando coram facilius defuncturos toto illo negotio de explicanda gravium acceleratione; id enim per literas praestare laboriosius esse video, dum saepe ad priora recurrere necesse est; et subinde alter ab alterius sensu aberrat, ut solet fieri in talibus, ubi nondum Iasius stabilitas habemus formulas loquendi. Summae mihi voluntati erit Tuis ad nos accessus, nec magnum adeo locorum intervalum est. Illud peto, ut antea consilia Tui certiore me facias, ne tunc forte domo absim; saepe enim coger excurrere in vicinas praesertim aulas, Cellensem et Gueifeltanam, cum subinde agenda sunt mihi, quae ad totum Domum Brunswicensem pertinent. Quod si praeconitus sim, nihil conspecta Tuò antiquius habebo.

Quedam in Wallisio a Te notata non animadverteram, cum omnia attente satis legere non vacarit. Verum est me Dn. Newton ante viginti annos meae Methodi differentialis fundamenta communicasse, antequam ille mihi quicquam de suis hic spectantibus. As nonnihil inde proficerit, hanc satis scio, neque ideo dicere ausim: interea praeclara illum jam tum habuisse facile crediderim, procedente tempore, ut fieri solet, magis expedita.

Grata sunt, quae Dn. Fullenio indicas; unde judicere licet, virum esse non tantum doctum, sed et bonum. Verum esse fateor quod notas, Da. Fratrem tuum facilis quam credideram qualisunque studi erga se mei oblitum fuisse et opus habuisse Te admonitore, et sua illa frigidiuscula sententia Wallisianae consimili vel causam vel praestitum dedisse.

Tractatum Davidis Gregorii Catoptrico-Dioptricum accepi; totus inititur principio a me indicato de Circulis osculantibus in locum curvarum (ut ita dicam) appropiatarum substituendis. Et tamen vel mei ea in re vel etiam circulorum osculantium mentionem nullam fecit. Id moneri aliquando in Actis non inutile erit, sine ulla tamen displicentiae significatione, et malum ab alio fieri, quam a me ipso.

Quod dixi, omnis Axiomatis a me demonstrationem desiderari, non temere dictum est; idque animadvertes, opinor, si quando inspicere meditaciones quasdam meas de ideis, quae existant in Lipsiensium Actis. Excipio tamen Axiomata illa, quae sunt indemonstrabilis, ipsas scilicet identicas propositiones. Caetera omnia, quae scilicet possunt demonstrari, etiam utile est demonstrari, cum aliquip magni momenti theorematu in iis fundantur. Idque etiam Veteres viderunt. Unde Apollonius (in scriptis desperditis) et Proclus et ali Axiomata ab Euclide assumta demonstrare sunt conati. Enamque rem fructu non carere facile opinor concedes, quem tamen non vident, qui scientiarum utilitatem vulgari modulo metuntur. Interim vides, ea limitatione, quam addidi et quam addendum esse praevideri poterat, non esse cur progressum in infinitum vere in demonstrando.

Unum addo multum apud me interesse inter haec duo: in dubium vocare propositionem et demonstrationem ejus expetere, quod dum a Te hic pro eodem habetur. Hinc iam video, cur quae dilectionis de Axiomatibus demonstrandis mira Tibi sint visa. Si Cartesius, cum de omnibus dubitandum dixit, hoc tantum voluisse, quod ego desidero, nullo jure reprehenderetur; sed ille dupliciter peccavit, nimis dubitando, et nimis facile a dubitatione discedendo. Illud ipsum, quod objicis axioma: Totum esse maius pars, opportune a Te afferatur. Id certe nunquam in dubium vocavi, et tamen aliquando demonstrationem ejus expetui, immo inveni, uno syllogismo comprehensam, immo definitioni minoris et majoris et Axiomati identico: Minus enim definitio, quod alterius (majoris) parti

aequale est. Axioma autem identicum quod adhibeo est: Unum quodque aequale esse sibi ipsi, seu  $a = a$ . Hoc enim tanquam indemonstrabile sumo. Sic ergo argumentor in syllogismo prima figurae:

Quidquid est aequale parti totius, id toto minus est, per definitionem Majoris.

Pars totius est aequalis parti totius, nempe sibi ipsi, per **Axioma identicum**.

Ergo pars totius toto minor est. Quod erat demonstrandum. Ita vides, quomodo omnium demonstrationum a priori duo sint principia ultima: definitions, et propositiones identicae; quod etiam alibi a me notatum est. Atque haec paulo latius deducere operae pretium putavi, ut pro acquiretua Tua facilius me absolvias impoterum, si qua forte dicam obiter, quae primo aspectu insidiatoria videbuntur, aut speciem superflugii habebunt, cum nihil minus.

**Dn. Hollanderum** (vel ut Dominus Frater tuus suspicatur Dn. Spleissium) a posteriori ut vocant, illum mirabilis obliquitatis Ecclipticas terrae cum tetragonismo consensum animadvertisse nullus dubito. Si idem esset in caeteris planetis, major spes fore ratione aliquando comprehendendamus. Interim pulcherrima illa, et ut sic dicam, fortunata animadversio est. Nam quantacunque sagacitas, nisi a fortuna adiuta, hoc non dedisset. Puto numeros variis tractantem case aliquando consensem inter haec tam remota nonuisse.

Problematis circa aequationem differentialem a Dn. Fratre Tuus propositi solutionem statim dedi, et Te quoque posse non dubito, si quod inutile est, actum agere velis.

Perplaceat, quod Dno. Marchioni Hospitalio respondisti, Te castris receptorum in Dynamicis sententiae desertis sed meam transisse. Ea enim res ipsius curiositatem hanc dubie excitabit, praesertim cum *ἀρχιτέλεως* Tuam in aliis jam sit expertus; in Tus etiam potestate est communicare ipsi, ex nostris amoebis, quae voles. Si vis ut Italiam Galisque aliquod spatium relinquatur examinandi problematica Tui, ne ansam habeant excusandu sese, prorogandus nonnulli terminus erit. Nam in Gallia vix ante Novembrem problema inseri Diario poterit, quia nunc sunt sanctissimas quas vocant, sive feriae Vindemiæ. Quid ergo, si expectes usque ad finem anni a prima publicatione Lipsiensi computati, id est ad

Junium anni sequentis? Ego interim a Dn. Fratre Tuus petiam, ut si forte inveniar, nonnisi nobiscum publicet, ut appareat quid alterum Methodi possint.

23 August 1698.

### XXXIV.

**Joh. Bernoulli an Leibniz.**

Ex quo nuperas (ad quas responsum expecto) ad Te dedi, venerunt mihi posteriores Actorum menses, usque ad Junium incurrunt et Tua et Fratris, quem de sue problemate (quod ob rationes in superioris meis alias hucusque attingere nostrarunt) non parum superciliosus sentire video, quasi vix quisquam existaret præter ipsum qui illi solvendo par esset, dum aperte satis Dn. Tschirnhaus et sub hoc omnes Geometras certamen cum ipsis initurus provocat. Sed iniquum est pariter et absurdum, tentare velle Dn. Tschirnhausium aliquos, quibus nihil r̄i est cum calculo differenter. Tanta fratri arrogancia, præprimis vero cum videamus Te ipsum non dignatus fuisse Fraterno Problemati vacare, efficit et ego tentarem quid humeri valerent, et ecce intra semiquadrantem horum nodum hunc Gordium solvi, pro quo dissecando se sollem potebat Alexandrum frater et quidem illico pervenii ad formulam Tuam, ad quam aequationem propositam Te reduxisse sis in Mensa Marti. Ut enim potestas n̄ deprimatur, ponendum est

$$y^{\frac{1}{n}} = \sqrt[1-n]{a}, \text{ unde proposita } ady = ypdx + by^n. qdx, \text{ mutatur in hanc: } \frac{1}{1-n} ady = vpdx + b qdx, \text{ quae Tuas formulae omnino responderet, et quae adhuc resolvensa est. Interim hac depressione potestatis non opus habeo: immediate enim attingo scopum, ponendo } y = mx, \text{ ideoque } dy = mdx + zdm, \text{ quibus substitutis in aequatione proposita habebitur } amdx + azdm = mpx + b m^{\frac{1}{n}} x^{\frac{n}{n-1}} qdx. \text{ Nunc ut haec sequiat quatuor terminorum ad dicos redigatur, pono } amdx = mpx, \text{ id est } \frac{adx}{x} = pdx;$$

unde potest haberi  $z$  per  $x$  aut algebraice aut saltēm transcenderet; esto itaque  $z = \frac{1}{x}$  (per majuscula  $\dot{X}$ ,  $\ddot{X}$ ,  $\ddot{\dot{X}}$  etc. intello quantitates diversas utcumque datae per indeterminatam  $x$  et constantes). Quoniam vero destrictis  $a$  et  $d$  et  $m$  et  $p$  et  $x$  in aequatione transmutata, remonet  $a$  et  $d$  et  $m$  et  $x$  et  $p$  et  $z$  seu subrogato valore ipsius  $z$ ,  $a\dot{X}dm = b m^n \dot{X}^n q dx$  seu subrogato valore  
 $ipsius z$ ,  $a\dot{X}dm = b m^n \dot{X}^n q dx$ , id est  $m^{-n} dm = \frac{b}{a} \dot{X}^{n-1} q dx$ ,  
 unde etiam habetur  $m$  per  $x$ , nimurum  $\frac{1}{-n+1} m^{-n+1} =$   
 $b \int_a^{\dot{X}^{n-1} q dx}$ . Sit igitur  $m = \dot{X}$ , adeoque  $y = (zm) = \dot{X}^{\dot{X}}$  et sic habetur  $y$  vel algebraice, vel transcenderet per  $x$ . Sunt enim  $\dot{X}$ ,  $\ddot{X}$  quantitates pure dependentes ab  $x$  et constantibus.

Q. E. D.  
 En totius arcani solutionem; nescio quidem quousque cum Fratres consipiret, ideoque schediassima illud, quod jam in ultimis Tuis mihi debebat esse transmissum avide exspecto. Optarim, ut excerpta ex his literis cum Tuis, quae forte edenda habes, Lipsiam mittas Actis inserenda, partim ut Frater videt, talia mihi non nimis quam sibi in potestate esse, si modo citius tentare volusem; partim etiam et quidem praecipue, ne practexere possit se nolle aggredi, si forsitan poterit, meum problema de curva descensu priusquam ego suum solverim.

Super alia, quae in hisce Actorum mensibus observavi, proxime scribam; nunc plura addicere non vacat, nisi ut Te valere jubeam quam optimè et amare quem nosti ex mente et manu etc.

Groningae raptim d. 25 Aug. 1696.

### XXXV.

#### Joh. Bernoulli an Leibniz.

Unde melius exordiar quam statim a limine Tibi gratulando insignem, qua mactaris a Serenissimo Tuo Electore dignitatem? ita tamen ut Te moneam nostrorum Mathematicum non penitus obliuisci, ut fere in postremis Tuis insinuare videris, ne nobis ansan praeb eas indolendi potius quam Tecum laetandi. Non nego, licet

non coram videns multorum et gravium Te subiisse negotiorum jugum, in quorum minime plus situm est quam in solutione omnium problematum Catenariorum, Isochronorum, Tachystoptororum etc. sed quid est, quod magis recrebit animum seris occupationibus ei innumerarum rerum agendarum molestiis tantum non succumbentem, quam jucundae meditationes mathematicae. Siste Tibi ipsis Julius Caesaris exemplum, quem media inter praelia semper Stellarum caelique plagi superisque vacasse Lucanus refert.

Gratias ago pro transmiso Fragmento Julio Actor. Lips. Literae Tuue (quod miror) cum illas acciperem erant veteras 12 dies. Non est quod mittas mihi plagulam ex Jonio; accepi enim hunc mensem ut vidisti ex ultimis meis, in quibus mittebam solutionem meam Problematis fratris, quam Actis inseri desidero, coque magis quod nunc fratris solutione visa, quae nimis quantum perplexa est, meas analytic expressam longe simpliciorem et concinniorem deprehendam. E re autem fore puto, ut addatur de fratris solutione nihil mihi constituisse, cum meam Tibi transmitterem, alias causabit me susce constructioni tantum meam analysis accommodasse, quale quid olim ausus fuerat aggerere solutionibus nostris curvae paracentriciae. Dicit in hoc suo schediastmate, se posterioris solutionis nam haec vice cum publico communicare, prioris enodatione Lectori relicta: sed monendum esset ut propterea ipse haec enodationem exhiberet, vereor quippe ne alteram viem ad calendar Graecas differat. Quam misere impotentiam sum palliare satagit! Caeterum dicit se tres quatuor habere vias ducentes ad solutionem suam, sed si haec quam tradit brevissima est ut praesumitur, bone Deus! quousque dicent reliqua? Tantum universaliter hujus problematis quam neminem non vide asserit, ego sane non video, cum tantum unicum sit ex infinitis aliis, ad quae se non extendit. Modus ejus construendi transcendentes mens. Jun. expositus, quodammodo simplex est, sed non est cur adeo exultet: Tous enim quem in Actis exhibuisti 1693 p. 383, in eo praevalet, quod ope curvae algebraicae quiescit statim per tractionem describis sine interventione logarithmicae alterius cuiusdam curvae; alter vero ille fratris, praeterquam quod praequirit logarithmicam jam descriptam, non nisi inventione plurim punctorum curvam quiescam format; hujusmodi modos et ego complices exhibere possem, si vellem actum agere et quod a

Te jam diu multo ingeniosius praestitum est. Optime ipsi objecisti, dari curvas in se redeundas algebraicas, quae rectificationem admittant, et praeter illas ex Cycloidalium genere reperio ego infinitas alias, ex gr. omnes causticas et omnes evolutas curvarum algebraicarum in se redeundas, et ipsae semper sunt algebraicae in se redeundes, et simul rectificabiles. Putat quidem Frater se causam sui erroris quem agnoscit detexisse, sed minime. Ego quidem me determinare posse credo, quando possunt esse rectificabiles et quando non possunt; dico enim curvas illas in se redeundes, quae nullum habent punctum, quod ego voco reflexus (point de rebroussement) non esse rectificabiles, ut curva (fig. 75) A; illas vero quae habent unum plurave puncta reflexus, posse interdum rectificari, ut B. Ratio prioris est, qui evolvendo lineam A progeneratur spiralis infinitorum circuituum, quae quia a linea recta in infinitis punctis secari potest, semper erit transcendentis, et proinde ipsa linea A non poterit rectificari; alias Spiralis illa, quae ex evolutione describitur, foret algebraica, quod est impossibile; ratio vero posterioris est, quia, licet curva B sit etiam in se rediens, curva tamen, quae ex evolutione provenit, non est spiralis, sed ob punctum reflexum etiam in se redit; hinc cum nihil impedit, quoniam haec possit esse Algebraica, etiam nihil impedit quoniam curva B possit esse rectificabilis. Et revera hoc ita se habens in Circulo et Epicycloide, per se patet; illam enim evolvendo describitur spiralis infinitorum gyrorum, haec autem sui evolutione dat alias Epicycloidem, sed inversam; quod utrumque hic per curvas punctatas notavi. Et ob hanc rationem puto, cur circulus aliisque curvas in se redeundas, quae nullum habent reflexum, non sint indefinite rectificabiles. Die queso an aliquip in contrarium habebas. Addo indefinite, nam ut ipsa contra Dn. Tschirnhausium perbene notasti, dari aliquas figuras quoad certas partes quadrabiles, indefinitam tamen inquadrabiles; idem et ego de rectificatione curvarum statuo, quanquam hucusque talis curva nondum inventa fuerit, quae tantum unam plures habeat partes rectificabiles. Animadverit quidem Dn. Tschirnhaus, et quidem recte in exemplo, quod ipsi in eam rem proposueras, praeter illam figuram partem, quam Tu observaverae quadrabilem, infinitas alias esse partes, quae admittant quadraturam, sed ut ipse fatetur, infinitum non est indefinite; habet enim infinitas partes quadrabiles, sed etiam infinitas non quadrabiles. Miror autem, quod exinde inferre voluerit Dn.

Tschirnhaus, omnes figuras algebraicas aut nullam aut infinitas habere partes quadrabiles; omnes figurae autem transcendentiae aut nullam aut unam aut duas aut tres etc. non vero infinitas (nisi ipsa sit indefinite quadrabilis) habere partes quadrabiles; quod utrumque veritati adversatur; possum enim exhibere figurae algebraicas, in quibus ostendo praeter unicam quadrabilem partem, nullam aliam esse, et contra habeo figurae transcendentiae, quas utrum indefinite non quadrabiles, infinitas tamen habent partes quadraturam admittentes, in quarum censu est ipsa Cyclois primaria, quam ille in exemplis adhibuit, in qua methodum habeo determinandi infinitas partes, meritis rectis et portione curvae cycloidalis comprehensas, quadrabiles; id quod hactenus nemo praestit. Due enim hactenus tantum innoverunt, una Hugeniana, quae aequalis est semibhexagono circulo genitor inscripto; et altera, nescio a quo inventa, quae acutauerit semiquadrato radii.

Cetera que frater habet in suo schediastmate, non satis capio ob defectum figurarum, sed quomodo bene ratiocinari potest circa vires motrices, si quidem novum nostrum principium nondum amplectitur? Quod vero Tu mense Martio agnoscis, navem quiescentem ab eodem vento fortius impelli quam procedentem, et ego agnoscis, si vesti celeritas finitam habeat rationem ad celeritatem navis; alias si ratio statuar infinita, dico ego semper aque fortiter navem impelli; sed secundum Tuum materiae gravitatis actionem explicandi modum, procedens navis fortius impellitur quam quiescens. Quid queso scrupulitius frater de luxifications unius leucae in quadrangulis deflectendo parum per proram a recto tranmis? Nae si Hugenius adhuc in vivis esset, locum hunc censoris sua exclamacione O Nugas! maximis literis perstringoret. Video ubi sibi quan maxime placuit, ibi plerumque Hugenio risum excitasse.

Mitto ego Notas Hugenianas, quas in reliquis Actorum Tomis reperi; videbis ab initio Hugenium idem quod olim a Te petebam sciscitari, compendium scilicet summandi progressionem harmonican terminorum numero finitorum; mihi quidem roganti rescripseras ne Tibi hoc compendium notum esse; quia autem tum temporis hujus loci in Actis non recordabar, nunc commode incidit, ut instantiam faciam, quomodo ergo interpretanda sint haec Tua verba, quotunque terminorum numero finitorum progressionis harmonicae summa compendio aliquo in-

ire potest. Occurrerunt quedam partim plumbagine confuse scripta, partim a Bibliopaga a margine resecta, quae non probe legere poterant. Non ubique eum candorem spirant, quem in Autore cum ipsis Eruditione certasse nupero Martio dicis. Nonnunquam alios reprehendens ipse maxime fallitur; ex. gr. cum contra D. T. assert non solum infinitarum, sed omnium Lunulae Hippocraticae partium haberi quadraturas; falsissimum est: habetur enim quadratura ipsius circuli, si omnes partes Lunulae essent quadrabiles. Videbis etiam, quem in Tuis castri totum putabas, quoque novae opinioni de aestimatione virium astupitibus fuerint: tunc tantum scilicet, quando agetur de viribus, ut vocat, ascensionalibus: sed quis tam absconam limitationem a tanto viro profectum putet?

Verum est Fratrem et me eadem fere in Tschirnhausianis notasse; non tamen animadvertis illi quod ego, quod scilicet modus abscindendi portiones a curva parabolica in data ratione dependeat a rectificatione ipsius curvae parabolicæ. Quam prospere mihi cessit, quod mea saltum non tardius comparuerint, quam fratris, alias de tarditate que utique non mea erat, sed unico a Dn. Menckeno dependebat, consimilem forsan tragœdiam adornasset, ut solutione mense paracentricas accidit.

Quid Tibi videtur de curvis illis, quas neque per Cartesianam, neque per infinitorum Geometriam determinari posse ostendo? Habebunt hic vulgaris Geometriae amatores novam speculandi materiam.

Recte sentis, posterior mea Methodus Brachystochronam solvendi, quam latius patre dicens, non statim vulganda est, donec Mathematici suas solutiones exhibuerint, aut haec non adeo levia esse ingenue professi fuerint. Num dubito, quin si vidisses problematis mei propositionem, ut in Actis extat, statim fuisses nomen curvae deprehensurus; quod enim dixi esse curvam Geometris notissimum, hoc illis, qui soluturi sunt problema, quo usque Tu solvisti, ansam præbehit ulterius inquirendi in nomen curvae. Non ita mihi sum ignoratus, ut non intelligam aliena maxime et diversissima Tibi agenda esse, quae prohibeant, quoniamus problematis meis vacare possit; sed nec etiam adeo iniquus sum, ut id a Te exigam, nisi vacuo omnibus negotiis gravioribus.

En, quia petis, propria verba, quae mihi olim scripseras de methodo pro invenienda perpendiculari ad curvas ordinatis posi-

tione datas; tenta an quid faciant pro synchrona, et omnibus Logarithmicis perpendiculari. D. 1<sup>o</sup> Decembris 1694: .Pene exciderat problema inveniendi curvam, quae ordinatum positione datis occurrat ad angulos rectos. Cujus methodus, meo iudicio, consistit in duabus aequationibus, una continente relationem inter  $x$ ,  $y$  et constantem quandam in curva positione data, sed pro diversis talibus ordinatis datis variabilem  $b$ ; altera continente valorem ipsius  $dy : dx$  in curva quiescat, expressam ex proprietate perpendiculariarum in curva positione data, cuius aequationis operatur ipsius  $b$  valor per  $dy$ ,  $dx$ ,  $y$ ,  $x$ , pro re nata; quarum duorum aequationum opera tollendo  $b$ , habetur aequatio differentialis primi gradus pro reliquis inter  $x$  et  $y$ .

Gratuit fecisti, si duriora contra Nieuwentij a me scripta modilli, sed non eum in finem scripsi, ut vel publicentur vel meo nomine ipsi communicentur, verum tantum materialm suggerere voisi Collectorij Actorum velut ex se ipso respondendi. Lubentissime in me suscipimus quod moneri velles in Actis circa Tractatum Davidis Gregorii Catoptrico-Dioptricum: sed cum Tractatum hunc non viderim, nec forte vide re contingat, explicari mihi vellem principium illud a Te indicatum de circulis osculantibus in locum curvarum appropriatarum substitendis, et quid propriæ motuum cuperes; facit utique mentionem circulorum osculantium, ut videre est ex excerptis, quorum portio quaedam extat ad finem Schiedamianæ Fraterni mihi transmissi.

Et ego ita putavi Da. Hollanderum (Virum sane eruditum et generosum, in quem iniquissimum est frater meus pro more suo suspicax, quod eum alienis inventis superbire suspicatur) a posteriori incidisse varies numeros tractantem in consensem circuli tetragonismi et obliquitatis Eclipticæ. Sed hoc non unicum est: compulsa hujusmodi alii habet, quae omnia forte fortuna tantum detexisse, vix est ut dici possit.

Jure distinguis inter in dubium vocare propositionem, et demonstrationem ejus expetere. Credo et Cartesii sensum ita fuisse, quamvis non ita expresserit: non enim dubitavit de Dei existentia, sed supposuit non existere. Speciose quidem Axioma, Totum majus esse sua parte, demonstrare conaris; sed annon aliquis syllogismi, quo uteris, primæ figuræ iprobatum esse demonstrandum urgere posset? Omnes enim syllogismi rite concludentes ex ministrant principio, ut minor terminus alligetur vel se-

paretur a majori, ope mediū termini ad minimum semel universali sumti. Unde tritum illud. Quae eidem tertio convenient, illa inter se convenient, quod idem est, quam illud apud Geometras usitatum. Quae eidem sunt sequalia, illa inter sunt sequalia: hoc ergo axioma, vel hinc affine supponendum est, ut syllogismus le-giūme concludere dicatur. Quero autem an hoc clariss sit, quam illud quod demonstrandum suscipis.

Ecce quid ab oblationem meam Dn. Marchio Hospitalius responderit in literis hesterno cursore accepis. „Je vous suis, ait, obligé de l'offre que vous me faites de me donner part de vos objections au système de Mr. Leibnits, pour l'estime de la force et de ses réponses; cependant je vous prie de reserver cette bonne volonté pour un autre temps, lorsque j'examineray cette matière à fond qui me paraît des plus importantes pour la Physique“ etc. Et paulo post submettit haec: „Je donnay trois exemplaires de mon livre à Mr. Vôtre frere le cadet lorsqu'il passa par Icy dont l'un étoit destiné pour Mr. Vôtre frere de Bâle, et les deux autres pour Mrs. Leibnits et Menkenius. Si vous avez occasion de leur écrire, ou à l'un des deux, vous me ferez plaisir de leur demander s'ils les ont reçus, car je n'en ay aucune nouvelle. Mr. Vôtre frere le professeur m'a mandé qu'il les leur avoit envoyés.“ Mihi ergo respondebis, an acceperis necne.

Consentio ut progeres terminum pro solutione problematis mei concessum ad finem sequentis semestris. Vale etc.

Groningae 12 Septembr. 1696.

### XXXVI.

#### Leibniz an Joh. Bernoulli.

Pro communicatis reliquis Hugenianis maximas ago gratias. Non si sum qui negem mea aliquando posse emendari. Interim, ni fallor, interdum judicavit festinans. Quae ipsi displicuit demonstratio meae Isochronae, ejus me eo minus ponet, quod, quantum ex Domini fratris Tui schediasiante intelligo, ejus occasione calculi differentialis verum usum perspectivis. Et ipse, studio, Analyseos filie accommodaverem. Etiam amicus quidam Florentinus ejus auxilio nonnihil in nostra penetravit.

Quia approbas, scripsi ad Italos et Gallos, ut Pascha proximum pro termino solutionum statnatur.

Vellem Methodum tractoriam applicari potius ad inversa tangentium, quam ad Quadraturas, ubi jam habemus.

Non displicet limitatio Tua, et in universum videtur dici posse, omnem linam, quae a linea algebraica in infinitis punctis scripsi potest, non esse algebraicam.

Exemplum, quod Domino Tschirnhausio proposueram pro instantia, sumpernas ex Lunula Hippocratis, ordinatio ejus ad axem applicabis, ubi probilis curva, cuius aequationem notaveram. Haec sit diu, donec multo post tempore Lunulam forte tractans, ut appareat ex ejus schediasiante, rem deprehendit<sup>\*)</sup>; ex Analysis credo non facile detecturus. Illum manifestum puto, nondum nos ex eo quod curvae algebraicae segmentum vel semisegmentum (id est portio curvae arcu uno et recta vel rectis comprehensa) quadrari potest, concludere posse, quod curva indefinite quadrari potest. Imo ne illud quidem conjectura puto, quod Dominus Tschirnhausius sui excusandi causa attulit, ubi datur una talis quadratura, dari infinitis. Et fortasse excogitari possent instantiae, ubi suadant esse pro tali infinitorum segmentorum quadratura inventienda.

Circa summam progressionis harmonicae vereor ne sim deceptus.

Quod illas atinet curvas, quae ex plurim punctorum curvæ inter se relatione determinantur, notavi ex Cartesi literis idem etiam movisse Fermatum, sed Cartesium in responsione rem non attigisse. Ego nonnihil de talibus, sed alio quodam modo cogitavi, de quibus alias; nunc festinansmissus ista scribo currumque insensurus. Nohi autem differre hanc scriptiōem, ut Menckianam mature exciperes. Nescio an curvam determinaveris, quam sis reliquias determinandam.

Placet, quod scribis Dominum Hollanderum eo esse ingenio, ut illa pulchra inventa ab ipsomet profecta censer possint.

Syllogismi primæ figure probitas demonstrari omnino potest, independenter a veritate hujus Axiomatis, quod totum sit majus sua parte, ut in ea re nullus sit circulus timendus.

<sup>\*)</sup> Siehe Act. Erudit. 1687 pag. 526.